

Khavn 1808.
(2 ff. 43.)

J. F. v. Lerchenfeld

DISSERTATIO
HISTORICO-OECONOMICA
DE
COMMEATU VETERUM ISLADORUM PRÆCIPUE NAVALI
HODIE RESTITUENDO
CUJUS
PARTICULAM Imam
PRO STIPENDIO VICTUS REGIO
PLACIDÆ DISSENTIENTIUM CENSURÆ
SUBMITTIT
THORSTANUS NICOLAIUS Isl.
PHILOS. BACC.
DEFENDENTE
DOCTISSIMO JUVENE
OTTHONE JOHANNÆO
S. S. THEOL. STUD.
IN AUDITORIO

DIE 16. JULII 1759.

HAVNIÆ,
TYPIS NICOLAI MÖLLERI.


Imprimatur,
Bernhard Möllmann.

EXCELLENTISSIMO & GENEROSISSIMO

HEROI

HOLGEIRO a SCHEEL

ORDINIS DANEBROGICI EQVITI

AURATO

SACRÆ REGIÆ MAJEST.

A CONSILIIS INTIMIS, PROVINCIÆ SIÆLLAND;

SATRAPÆ REGIO

NEC NON

DITIONIS ROSCHILDENSIS PRÆFECTO.

&c. &c.

ILLUSTRISSIMO & GENEROSISSIMO

HEROI

FRIDERICO WILHELMO

LIBERO BARONI

DE WEDEL,

SACRI CUBICULI PARASTATÆ

CLIDUCHO

NEC NON

SECUNDO CAMERÆ DANICÆ PRÆFECTO.

UT ET

PERILLUSTRI & SUMME VENERABILI

LUDOVICO HARBOE

SCRO STÆ THEOLOGIÆ

IN ACADEMIA HAVNIENSI PROF. P.

DIOECESEOS SIÆLLAND. & FERÖARUM EPISCOPO

VIGILANTISSIMO, GENERALI ECCLESIARUM

PER UTRUMQVE REGNUM INSPECTORI,

NEC NON

SOCIETATIS REGIÆ SCIENTIARUM HAVN.

MEMBRO HONORARIO.

DOMINIS & FAUTORIBUS
SUIS INDULGENTISSIMIS

Hocce Studiorum Academicorum qvalecunqve Specimen submissima animi Veneratione in ulteriorem sui studiorumqve suorum commendationem, dedicat atqve offert

TANTORUM NOMINUM

Devotissimus subjectissimusqve Servus

Author.

Præ-




Præcognoſcenda
De
Commeatu in Genere.

§. 1.

Per *commeatum* (Transport) hoc loco nil aliud intelligo, qvam ejusmodi actum, qvo varii generis Res ex uno loco in alterum transmittuntur: Aut ſi mavis: *Commeatus* eſt iter, qvod ad defectus ſive inopiam rerum ad necesſitates & commoda vitæ pertinentium, actu ſupplendam inſtituitur; Iſtæ vero Res aut ſunt *Opera Naturæ* aut *artis: Opera naturæ* voco qvæ ipſa natura producit; qvæ vero ex operibus naturæ conficiuntur *opera artis* nominari ſolent; Unde facile adparet omnem commeatum (in toto ſuo ambitu ſumtum) circa opera naturæ & artis verſari.

SCHOL. Terminus *Transport* alias eſt terminus qvidam æqvivocus; Etenim aliud ſenſu juridico, aliud, arithmetico, œconomico denique longe aliud ſignificat; qvo qvidem ultimo ſignificatu hæc vox a nobis accepta eſt. Plura de hujus æqvivocatione Vid. Lex. Univerſal. ed.

 Lipſiæ



Lipſiæ & Hallæ Tom, 44. pag. 2125. 2126. & ſeqqv.

§ 2. Commeatus circa opera naturæ & artis verſatur (§. 1.), qvæ ſi ratione uſus ulterius conſideremus, multifaria qvidem ratione nobis hæc utilia eſſe poſſe abunde patebit: Qvod ad opera naturæ adtinet, inſignem nobis hæc utilitatem præſtant. 1.) *Mediate*, dum operam qvandam externam ſupponunt. 2.) *Immediate*, dum etiam nulla mediante re utilia ſunt: Idqve iterum ratione ſtatus noſtri a) interni b) externi.

SCHOL. Qvid? qvod difficile erit vel unicum naturæ opus detegere, neqve illud hactenus detectum eſt, qvod nulla prorſus ratione nulloqve reſpectu nobis utile eſſe qveat. Neqve enim mirum; cum in creatione rerum omnium Spirituum felicitatem & perfectionem intenderit benigniſſimus Deus.

§. 3. Ubi Natura deſinit, incipit ars, naturæ tanqvam a pedibus: Opera naturæ etiam ordine priora & ſuperiora opera artis utpote poſteriora ſeqvuntur. Qvod ad hæc adtinet, duplici reſpectu conſiderari poſſunt nimirum: aut ratione materiæ ex qva conſtant ɔ: *materialiter;* aut ratione ſcopi, in qvem esformata ſunt ſ. *formaliter;* Si illud, opera artis ſunt opera naturæ (§. 5.) ſi vero hoc obtinet opera artis habemus (§. cit.) Hæc itaqve pro ſcopo habent: 1.) *Vitæ noſtræ conſervationem*, & hinc nobis utilis-

lisſima ſunt: a) qva *hominibus* b) qva *in hoc vel illo ſtatu* conſideratis. 2.) Ea qvæ nobis *tanqvam bona repræſentamus*, exiſtentiæ reddenda; o: qvæ adpetitionibus noſtris ſatisfaciunt: Hæ autem tendunt a) ad adqvirendas opes externas b) ad honores captandos c) ad ſenſus delectandos.

§. 4. Horum vero tum artis tum naturæ operum, non tantum utilium, ſed & maxime neceſſariorum, non eadem ubiqve terrarum qvantitas & copia, nec eadem qvalitas eſt; Et, qvod præcipuum, qvorum magna alibi copia, eorundem maxima alibi eſt inopia, & contra: Qvi qvidem, ut ita dicam, artis & naturæ defectus, cum haud exiguo malo damnoqve ſæpe conjunctus, non tantum in diverſis terris & regionibus obtinet, ſed & in unius ejusdemqve terræ diverſis tractibus. Hoc in caſu nobis certe annitendum eſt, ut hic operum defectus, qva illud fieri poteſt, ſuppleatur, unde etiam media, qvibus id obtineri qveat, indagare neceſſe habemus.

§. 5. Inter hæc media commeatus, ni fallor, referendus eſt: Actus enim, qvo varii generis Res ex uno loco in alterum transmittuntur, certisſime earundem inopiam, qvæ, dato loco, obtinet, ſupplet. Hic actus eſt commeatus (§. 1.) Ergo commea-

meatus medium qvoddam, qvo hæc rerum inopia suppleri qveat, constituit.

§ 6. Commeatus omnis *utilis* est vel *necessarius*. Scopus enim hujus in eo consistit, ut istorum artis vel naturæ operum, qvæ varia ratione nobis utilia sunt vel etiam necessaria (§. 2. & 3.), & qvæ hoc vel illo loco desiderantur (§. 4.), inopia suppleri qveat (§. 5.); qvod ut obtineatur utile est vel necessarium (§. 4). Jam vero usus cujuslibet rei ex ipsius scopo dijudicandus est; omnis ergo commeatus utilis est vel necessarius.

§. 7. *Scopus* rei dicitur usus, propter qvem res fit: conseqventer *Scopus commeatus*, in usu qvem secum fert, consistit; Jam vero cum omnis commeatus ejus debeat esse conditionis, ut usus qvem secum fert, obtineri qveat. Commeatum omnem cum suo scopo consentire debere manifestum est. Illi itaqve, qvi a commeatu sunt, eorum qvæ seqvuntur, rationem ducant, oportet Nimirum videant: 1.) *Utrum operum naturæ & artis inopia eo, qvo subvehuntur, loco, revera obtineat nec ne?* 2.) *Num eadem dato loco utilia sint vel necessaria, an vero non?* 3.) *Num eorundem inopia, qvæ dato loco obtinet, iis, qvæ subvehuntur, apte suppleri qveat?*

Et

Et conseqventer incolis, in qvorum gratiam asportantur, satisfaciant, nec ne?

§. 8. Licet certis qvibusdam artis & naturæ operibus nos qvomodocunqve destituamur, neutiqvam tamen seqvitur, hæc statim aliunde asportari debere. (§. 5.). Si enim, præter eorundem subvectionem, plura adsunt media, qvibus inopia suppleatur, neutiqvam temnenda sunt. Duo autem, ni fallor, hic locum invenire qveunt; nempe, vel aliorum pro iis, qvæ desiderantur, substitutio, vel eorundem productio, qvæ in operibus naturæ mediate habet locum: Qvod ad hanc adtinet, regulæ seqventes generatim tenendæ sunt: 1.) *Notionem operum naturæ, qvantum fieri potest, distinctam, possideamus necesse est.* 2.) *Media ex ipsorum natura & constitutione deducta, & cum circumstantiis comparata, per qvæ eorum productio fieri qveat, investigentur.* 3.) *Hæc media investigata, cum scopo operum producendorum, qvem obtinere cupimus, rite combinentur* & sic porro.

§. 9 Si autem opera naturæ & artis vitio qvodam laborent, ɔ: in sua specie imperfecta sint, nec ideo statim istorum, qvæ sit aliunde, advectione opus est, dum nimirum eorundem perfectio alias obtineri po-

test; qvo qvidem in casu nobis certe annitendum est), ut ad debitam perfectionem perduci qveant. Hunc in finem regulæ seqventes generatim tenendæ sunt: 1.) *Possideamus cognitionem. qvantum fieri potest distinctam, de his artis & naturæ operibus, & de summo gradu perfectionis, qvem unqvam adseqvi qveunt.* 2.) *De judicio aliorum de hac operum perfectione solliciti esse debemus.* 3.) *Media nobis investiganda sunt, non tantum ex natura eorumdem, sed & ex circumstantiis, deducta, per qvæ summus gradus perfectionis eorum obtineri qveat, ut etiam juxta, opinionem hominum, qva fieri potest, perfecta evadant.*

SCHOL. His ita dictis; riteqve perpensis non tantum facilius determinare valemus, qvonam in casu istorum, qvibus egemus, artis vel naturæ operum, productio, eorumqve, qvæ vitio & imperfectione qvadam laborant, perfectio hoc vel illo loco obtineri qveant; Verum etiam qvonam in casu eorundem subvectione opus sit & sic porro.

§. 10. Nisi ea, qvæ in commeatu evitari possunt, incommoda, evitemus, certe contra regulas prudentiæ peccamus; qvatenus autem hæc evitari qveunt, commeatus *commodus*, & in casu opposito *incommodus* habendus est. Hinc qvo plura & majora commoda, cæteris paribus secum fert commea-

meatus, eo commodior eſt & melior, & hinc alteri, qvi pluribus & gravioribus vexatur incommodis, præferendus: caſus oppoſitis oppoſita ratione declarandus eſt.

Cor. 1. Ex his colligo: Commeatus, qvi & qvatenus majori cum labore & damno conjunctus eſt, alteri, qvi & qvatenus minori cum labore & damno connectitur poſtponendus & hic præponendus eſt.

Cor. 2. Si nimios in rem qvandam ſumptus expendimus, regulis prudentiæ haud conformiter agimus. Hinc Commeatus, minimo, qvantum fieri poteſt, ſumtui eſſe debet, qvi qvo leviores exigit ſumptus, eo melior eſt & commodior; Unde etiam alteri, qvi majores exigit ſumptus, præferendus eſt & contra.

SCHOL. A, qvatenus ad omne, vel hic etiam, minus recte concludis; determinationes enim qvæ hac §. dedimus, uti facile vides, eſſentiales non ſunt ſed accidentales; Hinc non univerſaliter inferre licet; Omnis & qvilibet commeatus, qvi minori eſt ſumptui, alteri qvi majori, ſemper tuto præferendus eſt: Qvid? qvod ipſe ſubvectionis ſcopus ſæpe reqvirit, ut commeatus etiam ſumptuoſior, alteri, qvi non tantos exigit ſumptus præferatur & contra (§. 7.)

§. 11

§. 11. Confideremus porro commeatum ratione inftrumentorum, qvorum ope inftituitur; Id qvod duplici qvidem ratione fieri poffe abunde patebit; Aut nimirum hæc inftrumenta funt navigia aut animantia bruta, Si illud commeatus *navalis* fin vero hoc obtinet, *terreftris* audit.

SCHOL. Qvæ de commeatu generatim hactenus adtuli, commode etiam ad commeatum navalem & terreftrem adplicari poffe res eft in vado.

§. 12. Non tantum commeatus terreftris fed & navalis certis in locis & determinatis fub circumftantiis per locorum naturam & conftitutionem funt qvafi *neceffarii* h. e. in qvibusdam terræ locis commeatus terreftris; non vero navalis; in aliis navalis & non terreftris item poffibilis eft; Dantur enim, ut novimus, ea terrarnm loca, ubi, ob aqvarum defectum & inopiam ad debitum fcopum obtinendum, fi non in totum, tamen ex parte, navigia commode adhiberi neqveunt. Novimus porro alia, in qvibus nec animantia bruta fcopo præfixo facere qveant fatis. Plerumqve tamen ubi unum non fufficit, alterum ejus vicem fupplere poffe eadem teftis eft experientia.

§. 13. Etamfi nonnullis in locis commeatus navalis & terreftris pro diverfa locorum natura & conftitutione fint omnino neces-

cessarii (§. 12.); nihilo tamen minus in aliis locis sunt qvasi *arbitrarii*, ita ut horum uterqve per locorum naturam æqve possibilis sit; sed qvinam præferendus, ab arbitrio nostro prorsus dependeat. In hoc casu nisi pari passu ambulent, qvæstio problematica proponi posset, uter horum jure præferendus sit? At vero non respondetur, ni fallor, distincte & determinate ad hanc qvæstionem ulteriori determinatione nondum facta; qvin etiam mox hunc mox illum varia pro locorum & circumstantiarum ratione primas sibi vindicare non dubitem; Res enim omnino est, qvæ a circumstantiis maximam partem pendet, interea tamen certum est, cum omnis commeatus cum suo scopo consentire debeat (§. 7.) qvod is, qvi scopum melius pleniusqve altero asseqvitur, alteri certo præferendus sit (§. 6. 7. & 10). Sed de his magis determinate in seqventibus.

§. 14. Commeatus porro ratione terrarum spectatus aut ponitur in nexu cum terris exteris, aut non, si illud, *externus*, sin vero hoc, commeatus *internus* dici meretur: Jam vero in omni commeatu instrumentis qvibusdam qvorum ope ad actum perducitur, utimur; Hæc sunt potissimum aut navigia aut animantia bruta (§. 10.): Omnis itaqve commeatus internus & exter-

nus vel navalis eſt vel terreſtris; Unde etiam facile adparet omnem Commeatum navalem & terreſtrem aut eſſe internum aut externum.

§. 15. Operum naturæ & artis, utilium vel neceſſariorum, inopia, qvæ in terris ſ. regionibus obtinet, vel per commeatum internum vel externum ſuppleri poteſt ſi illud Commeatus internus ſufficiet; ſin vero hoc, commeatu externo opus eſt; Cautelis tamen, qvas §. 7. & ſeqq. adtuli, rite obſervatis. Hæc de Commeatu generatim dixiſſe ſufficiat.



PRO STIPENDIO SCHEELIANO.

SECTIO PRIMA.

De Commeatus Usu per Islandiam magis determinato.

§. 1.

Inopiam operum naturæ & artis etiam qvæ alias suppleri neqvit, per commeatum suppleri posse, & hinc eum utilem esse supra evici; At vero cum hæc in Islandia locum habeat & habere qveat; qvin heic etiam commeatus tum utilis sit tum necessarius, nullum est dubium.

§. 2. Dubitas fortasse de veritate subsumptionis; resolvamus rationem hujus dubii, & patebit hanc in commeatus usu non contineri, sed in eo, qvod qvorumvis artis & naturæ operum, qvæ ad communem usum & vitæ necessitates pertinent, in qvovis Insulæ loco sufficiens sit copia & numerus; Hoc vero antecedens nemo non negat, unde conseqvens ratione carere manifestum est.

SCHOL. Possem & aliis rationibus uti: Qvis negabit commeatus cum mercatura interna & externa nexum? Qvis cum piscatura navali? Num ulla piscatura navalis? num mercatura externa? num vel interna, absqve omni subvectio

vectione fieri possunt? Anne vero omnes in Islandia suum habent usum?

§. 3. Usus Commeatus non ex eo, qvatenus iter est, sed ex scopo qvem intendit dijudicandus est (§. 6. præcog.). In omni itaqve commeatu cum usu instituendo de rebus transportandis solliciti esse debemus. Hæ in Islandia sunt: 1.) *Internæ* s. indigenæ ɔ: in ipsa terra productæ; opera nimirum *naturæ*, vel *artis*. 2.) Externæ s. exoticæ (h. e. qvas Insula nostra non producit; Hæ simili ratione sunt Opera, vel naturæ vel artis (§. 1. Præcogn.).

§. 4. Dicam primum de operibus naturæ internis. Hæc sunt 1.) *Actu Utilia*; majorem tamen usum exhibitura, si nimirum ex his nova opera conficerentur, vel etiam, si hoc minus in rem sit, in sua specie perfectiora fierent. Priori casu habemus opera artis, qvæ ita perfici debent, ut inter suas species artificii nomen mereantur; Posteriori vero, opera naturæ perfecta locum tenent; Ambo certis in insulæ locis si non in terris exteris desiderantur: Anne commeatus heic etiam, tum internus, tum externus suum habet usum? Anne majori cum usu instituitur, qvi circa opera naturæ & artis perfecta, qvam qvi circa imperfecta versatur? & sic porro.

§. 5.

§. 5. Opera naturæ ſunt 2.) non *actu utilia* qvæ tamen utilia eſſe poſſunt α) in ſe ɔ: qvatenus ſunt opera naturæ; Hic nihil ſupereſt, niſi qvod natura apta magis & appoſita reddatur, ut hæc, qva fieri poteſt, perfectione producat, (§. 9. præcog.); qva autem via heic procedendum ſit, Oeconomia, qvam Ruſticam vocant, ſatis ſuperqve docet. β) *Non in ſe*, ſed qva opera artis: Qvodſi obtinet, hoc loco repetas velim qvæ §. prægr. de actu utilibus monui. Qvid enim obſtat, qvo minus ex his opera artis, qvin artificia, conficiantur. Hæc indigenis & exteris in magno ſunt pretio, hæc in patria noſtra, ſi non extra eam, deſiderantur, & horum Subvectio non ſine uſu inſtituitur.

SCHOL. In his tamen caſibus cognitione operum naturæ diſtincta opus eſt (§. 9. præcogn.) ne de productibus, qvos Inſula noſtra profert, aliunde conqvirendis, nimis ſolliciti ſimus; neqve majoribus forte ſumptibus ab exteris conqviramus, dum minoribus alias domi comparari qveunt; Qvid? qvod hæc rite detecta & communi uſui accomodata pluribus incolis alimenta præbent, mercaturam promovent, nec qvoad commeatum ſuo carent uſu.

§. 6. Hactenus de operibus naturæ internis jam de *operibus artis*. Horum longe alia eſt ratio; opera enim naturæ

plurima, opera contra artis justo pauciora nobis producit Islandia; Et ut paucissimos hic habemus Opifices, arte, non natura sola, duce instructos; ita nec mirum opera artis. qvæ apud Islandos conficiuntur, variis nævis & imperfectionibus laborare. Dixeris fortasse essentialiter tamen esse perfecta, ita ut scopo, cui destinata sunt, faciant satis: neqve id omnino nego: plerumqve tamen perfectione accidentali destituuntur. At vero qvid imperfecta sectari svadet? Satiusne esset, si eorum loco essentialiter & accidentaliter perfecta, absqve minori forte temporis & laboris dispendio conficerentur. Hæc in colis magno sunt usui. Talia ad minimum magni ab exteris æstimarentur. Talibus in universum indigenæ, si non Exteri qvibusdam, deficiuntur. Talia rite comparata nonne & commeatum internum, qvin externum, plurimum forte promoverent? Taceo scopum artium politicum, dum ad pulchritudinem & amœnitatem magnum adferunt momentum, dum media esse possunt exteros in Islandiam allectandi, mercaturum internam & externam augendi & promovendi, alimenta Incolis præbendi & qvæ sunt cætera.

SCHOL. 1. Ad numerum igitur tum operum artis I. opificiorum, qvi in Islandia adhuc exiguus est, augendum & ampliandum, tum ad ejusmodi opificia ibidem perficienda omnes machinæ

machinæ adhibeantur necessum est; Unde & proficuum foret, ut vel exteri in terram allectarentur vel ipsi incolæ artes addiscerent vel utrumqve. Id qvod de operibus naturæ internis, de qvibus supra, etiam valet.

SCHOL. 2. Videor mihi ab istorum opinione, qvi qvævis opera artis, qvæ in Islandia conficiuntur essentialiter perfecta statuunt, haud sine jure dissensisse; sunt ex. gr. in Islandia scaphæ & qvotannis ædificantur, qvibus ad piscaturam utuntur incolæ; Horum Scopus essentialis est piscatura, eo qvo fieri potest usu excercenda; qværitur autem an huic scopo dictæ naves satisfaciant? An tempestatibus ferendis? an piscibus debito numero transvehendis, iisdemqve a cæli & sali injuriis conservandis? an piscaturæ debitis temporis & loco-rum intervallis exercendæ aptæ sunt & sufficiunt? & cur? an qvia his ad piscaturam utuntur incolæ? credat Judæus Apella, non Ego. Hinc ad minimum Architecturæ navalis in Islandia usus dijudicari potest, qvi ratione commeatus navalis maximi est momenti,

§. 7. Jam secundo opera *externa* qvod adtinet ea ab exteris in Islandiam transportari possunt; suntqve vel *naturæ* vel *artis*. Illa *utilia* sunt ut vel etiam *necessaria*, in ipsa autem insula vel *desiderantur* vel non: priori casu, si talia ibi produci qveant. media investiganda sunt, qvæ huic scopo non conveniunt tantum, sed &, qva fieri potest satisfaciant, Hæc enim sapienter instituta in-

inprimis si ejusmodi naturæ operum sufficiens sit copia, commeatum tum internum tum externum mirifice promovent. Si contra produci talia neqveant, ultra posse ut ajunt nemo obligatur; Interea tamen ejusmodi rerum subvectio ab exteris cum usu institui potest (§. 15. Præcogn.) Qvodsi vero non *desiderentur* transportatione ab exteris instituenda non erit opus.

SCHOL. In his vero casibus, ut in aliis bene multis, sæpius opus est, ut exteri in regionem allectentur, cognitione non tantum historica & sensitiva de his operibus producendis, sed philosophica simul, instructi; Qvi enim utraqve gaudent, prudentes dici merentur, improvisa, qvæ occurrunt, in rem vertere præsentem gnari. Qvi vero non circumstantiis mutatis, consilio facile cadunt, habitum qvippe, non rationes, in agendo seqvi soliti, sæpiusqve si res bene cesserit, fortunæ, sin male, propriæ ignorantiæ, id imputare debent. Exemplis, qvæ plurimum semper odii continent, in re evidenti non utar. Vid. §. 9. Præcogn.

§. 8. Opera *artis* utilia nobis vel necessaria & aliunde in Insulam nostram asportata, vel in ipsa desunt, vel non; Si prius vel heic produci possunt vel non. Priori casu iterum vel materia vel opifices deesse possunt, vel neutrum obstat qvo minus apud nos confici & perfici qveant; Pone materiam

riam deficere, non opifices, fieri utiqve poteſt, ut hæc aliunde advecta heic cum uſu perficiatur, variarum gentium exemplo. Deſint opifices, non materia; Hæc invitatis in Inſulam exteris, qva fieri poteſt, elaboretur & Informetur; Hac enim ratione res artificiales, variis in locis deſideratæ, maximo cum uſu ex uno ejusdem terræ loco in alterum, itemqve in terras exteras transmittuntur. Si neutrum ex his impedimentis locum obtinet, eo faciliori negotio res ipſa peragitur. Si deniqve utrumque impedimentum obſtet, certis & determinatis ſub circumſtantiis, ſalvo rerum uſu, fieri poteſt, ut tum de opificibus in terram allectandis, tum de materia appportanda, ſumma cum ratione ſibi proſpiciant indigenæ; Hæc vero rite parata commeatui cum uſu inſtituendo conducere poſſe qvis negaret?

§. 9. Si contra operum artis qvæ ab exteris ſupportantur, nulla heic ſit inopia; qvo qvæſo fine advehuntur (§. 6.) Qvid vero obſtat, qvominus eas qvibus Inſula abundat vel in ipſa, vel extra eam, cum uſu tranſportari qveant (§. 15. Præcogn.)?

§. 10. Omnis Commeatus externus habito ad Islandiam reſpectu navalis eſt, internus vero tum navalis tum terreſtris eſſe

poteſt; Hic noſtratibus hodie uſitatiſſimus; navalis vero non æqve in uſu eſt: qvippe qvi niſi ſumma urgeat neceſſitas, vix inſtituitur, imo ne in iis qvidem caſibus, ubi vel cum majori qvam terreſtris, uſu fructuqve inſtitui poteſt: Verum qvidem eſt, transportationis terreſtris uſu incolas facile carere non poſſe, neutiqvam tamen inde seqvitur, hanc ubiqve & ſemper navali certo eſſe præferendam; Dicam paucis qvod res eſt, ſalvis peritiorum ſuffragiis. Pono impedimenta plurima, eaqve naturalia, ex diverſo ſoli cæliqve ſtatu & conditione oriunda, alia inevitabilia, alia certo, alia deniqve probabiliter acceſſura, qvæ commeatui terreſtri valde adverſa, navali non officiunt. Pono inſignem viæ longitudinem; & rerum transportandarum ingentem molem; Et tunc commeatui navali plus tribuo. Rationes, qvod ad primum adtinet, accipe ſeqventes: In terreſtri 1.) Juſto minor rerum transportandarum ſecuritas haud raro efficit, ut certa ad minimum artis & naturæ opera ſarta tectaqve conſervari vix qveant; Unde & in Islandia ſæpius contingit, cibaria, piſces inprimis, qvos ab auſtrali & occidentali Islandia boreales qvot annis magno numero advehunt, tantum in via detrimenti capere, ut ipſis amplius non ſint uſui. Utenſilia 2.) & jumenta, epvi nimirum, qvibus ad hanc vecturam incolæ utuntur,

tur, tantum in via vitii labisqve contrahunt, ut ſuo deinceps ſcopo vix ac ne vix qvidem inſervire qveant; eqvorum in ſpecie plurimi, iis anni temporibus non bene habiti, multum in via detrimenti capiunt, alii pereunt, alii non niſi longo poſt tempore vires exhauſtas recolligunt; Ex cæteris vero utenſilibus, multa dum trajiciunt, pereunt, alia uſu contrita debito amplius non ſunt uſui; En inſigne commeatus terreſtris incommodum!

§. 11. Pone qvod ſecundum erat, res transmittendas magni eſſe voluminis; tum majores utiqve ſumptus commeatus terreſtris præ navali exigit; Id qvod, ſubductis in utramqve partem rationibus ex caſu qvodam ſingulari infra clarius patebit, taceo alia incommoda terreſtri heic ſæpius propria; ſic numerum hominum, qvos præ navali poſtulat, multo majorem; Eqvorum mercium atqve utenſilium, qvam ſupra tetigi, jacturam; Tempus deniqve qvo terreſtre iter, eadem viæ longitudine poſita, navali longius duraturum probabiliter poni poteſt; Fateor qvidem hæc certo definiri vix poſſe, dum inter omnes conſtat, transportationem tam terreſtrem qvam navalem jam majori jam minori temporis intervallo abſolvi poſſe; Attamen navalem hic terreſtri multum præeſſe qvis dubitet? Sic transporta-


tio Borealium Islandorum, cujus mentio jam facta, tres vel qvatuor hebdomadas duratura vulgo supponitur; Ast si navalem substituamus, hanc multo minori temporis spatio absolvi posse ita evinco. Navis ferentibus ventis 3. 4. usqve ad 5. milliaria una hora percurrit; Hinc dum eqvi surcinarii 24. horis 12. milliaria conficiunt, navis idem spatium 4. horulis percurrit; Qvin duplum tempus navi tribuo, ita ut 12. saltem milliaria 8. horis percurrat; tum vel sic eqvi sarcinarii idem spatium nonnisi 24. horis coficient; Adde, qvod navis, qvietis haud indiga, nocte dieqve iter perseqvatur cum contra jumentis reficiendis qvartam ad minimum temporis partem, si via longior sit, terrestre iter postulet.

§. 12. Objicis fortasse nec transportationis navalis scopum semper obtineri. Qvam sæpe enim contingit, tum nautas cum ipsis navigiis tum merces in unum omnes, perire: Dicis qvod res est; Nego tamen exinde seqvi commeatum navalem terrestri nunqvam esse præferendum; Ut verò veritas hujus argumenti clarius pateat, id ulterius determinare necessum duco; major itaqve huc redit; Qvodcunqve institutum 1.) majores exigit sumptus 2.) plura secum fert mala & incommoda scopo ipsius adversa, qvæ vel certo vel probabiliter poni possunt; id

id alteri, qvod 1.) minores reqvirit sumptus 2.) plus habet commodi, unico tantum malo, licet graviori, obnoxium, semper tuto præferendum est; Notes vero 1.) unicum istud malum nulla cum probabilitate poni posse; 2.) facile imminui, maximamqve partem, si non in totum removeri; Hanc igitur propositionem universaliter veram esse nego; partim enim iis qvæ supra (§. 10. præcogn.) monui, adversatur, partim plurimarnm gentium mori recepto aperte repugnat; Præterea pone, rerum mari trajiciendarum jacturam aliqvando futuram; An jam ratio adest sufficiens, qvapropter commeatus navalis insuper habendus terrestrique semper postponendus sit; curni eadem ratione terrestris, eodem malo urgente, rejicitur? qvid? qvod, in sententiam contrariam iturus; qva ratione artis navigandi, mercaturæ, & piscaturæ navalis usum plene solideqve vindicare qveas, non video: Ex argumento allato igitur tantum seqvitur: si dijudicare velis, uter horum jure præferendus, ad circumstantias qva fieri potest omnes probe attendendum esse;

SCHOL. Ut itaqve nullum amplius dubium remaneat, qvædam de ratione avertendi periculi rerum mari trajiciendarum tanqvam in transitu moneam necesse est; Remedium qvo hujus mali avertendi gratia multis retro seculis solers hominum industria excogitavit, contractus est

 qvo



qvo Perſona A rerum qvaliumcunqve, qvæ ſunt Perſonæ B, periculum certis ſub conditionibus ſuſcipit; Hic contractus vocatur *adſecuratio*, unaqve ex his conditionibus, materialiter ſpectata, [qvæ in determinata pecuniæ ſumma conſiſtit, a Perſona B pro periculi præſtatione ſolvenda *premium adſecurationis* audit; Hæc inqvam, ut in omni caſu dubio maximi eſt momenti, damnumqve qvaſi inſenſibile reddit, ita nullus dubito qvin in Islandia etiam, ratione commeatus navalis magni futurum ſit uſus; ſi ipſi incolæ tales avertendi periculi Societates inirent. Qvi plura hac in re deſiderat, adeat velim Elemens du Commerce ed. Amſt. 1755. Part. 2. Cap. 7. p. 1. & ſeqq. unde ulteriorem, tum de adſecuratione generatim, tum ſpeciatim, nec non de variis adſecurandi modis præſertim in Gallia uſitatis, cognitionem lectori promitto.

§. 13. Hactenus transportationis præcipue navalis uſum, ni fallor, evici, neqve tamen id ſatis, prævoco ad autoritatem majorum, qvi inſignem commeatus navalis uſum neutiqvam inſuper habuere, qvid, qvod? huic ſæpe plus qvam terreſtri tribuiſſe cenſendi ſunt; Hunc in finem antiqvorum monumentorum hac de re teſtimonia, qvá præſentis fert inſtituti ratio, in medium proferam, neceſſe eſt: faciam rei periculum in Sectione ſeqventi.



DISSERTATIO

HISTORICO - OECONOMICA

DE

COMMEATU VETERUM ISLANDORUM

PRÆCIPUE NAVALI

HODIE RESTITUENDO

CUJUS

PARTICULAM IIdam.

PUBLICE EXHIBET

THORSTANUS NICOLAIUS

DEFENDENTE


DOCTISSIMO & PRÆSTANTISSIMO

JOSIAS RYGE

S. Stæ. Theol. Stud.


IN AUDITORIO COLLEGII REGII


DIE MAJI 1760.



HAFNIÆ,

Typis, NICOLAI MöLLERI.


Imprimatur,
C. HORREBOW.



SECTIO SECUNDA.

De

Commeatus apud Veteres Islandos Uſu.

§. 14.

Anteqvam ad Commeatum Veterum Islandorum navalem propius accedam, qvædam de eorum Commeatu terreſtri, qvatenus nempe ab hodierno differt, præmittere neceſſum duco: Sunt nimirum duo potisſimum vecturæ terreſtris genera, unum qvod jumentis fit, alterum qvod rhedis & vehiculis fit, qvorum utrumqve Veteribus Islandis in Uſu fuit, prius, vero tantum hodie noſtrates retinent: Accedit, qvod commoditatis in utroqve vecturæ genere rationem duxerint olim; difficultatemqve Commeatus terreſtris qvomodocunqve ſublevandam unius & alterius Uſu intenderint. Licet enim Commeatus terreſtris, qvi hodie in Uſu eſt, adeo utilis ſit & neceſſarius, ut hoc prorſus carere neqveant incolæ; Inprimis cum obſtantibus certis viarum difficultatibus difficillime alias terra trajiciatur, medium tamen certe in hoc tenuerunt Veteres, qvod, qvia uno vecturæ genere uſi ſunt, ab altero non

 ab-


abstinuerint. Primum igitur hac in tractatione monstrabo, Usum Commeatus terrestris Veterum ab hodierno formaliter diversum; Deinde qva Ratione idem hic Commeatus utpote multis in locis necessarius attamen difficillimus, aliqva saltem ex parte facilior reddi qveat.

§. 15. Primum qvod adtinet, notandum est Veteres, non jumentis solis, verum etiam trahis & vehiculis prout ipsis commodissimum visum fuit, ad vecturam terrestrem usos fuisse, qvod tamen hodie amplius non est in usu: Maxime vero hoc vecturæ genere usi sunt tempore hyberno, viis nempe nivibus perpetuaqve glacie obductis, vel ubi locorum asperitas alias non obstitit; Uti id de Helgone qvodam Rustico testatur *Thorgeiri & Thorniodi Vita* his verbis; „ Helgi för einn Vetr „ med huskôrlum sinom á Gufusitiar, hann „ ók heyi sino à Oxnum sunnan um mirarnar, „ sva sem hann var vanr„. ɔ: *Helgo cum domesticis suis hyeme qvadam in campum Gufusitiar dictum abiit; Hic fænum solito more, bobus vehiculo junctis, per paludes, qvæ meridiem spectant, advexit.* Eadem fere ratione fœnum Orligstadis apportasse Servos Arnkilli monstrat *Eyrbiggia Saga:* Þeir hafa fiogr yxn ok tvo Sleda„. ɔ: *Utebantur qvatuor tauris, duabusqve rhedis.* Neqve his omnino dissimile de Thor-

Thorgrimo fœnum traha asportaturo *Draplogidum Historia* narrat: „ Asmundr var á „ hlasfino, ok sá ferd þeirra brædra, ok „ kendi þa, þeir tóko heftinn frá Sledanum. „ Et post: Asmundr för heim med eykinn,,. ɔ: *Asmundus in vehe confidens, Helgium cum fratre ad euntem conspexit, mosqve hos esse certior factus, sejunxit a traha eqvum. Asmundus vero instrumenta vectoria domum reduxit.* Huc porro facit, qvod de Servo qvodam ligna hac ratione advecturo commemorat *Historia de Vemundo Kögr & Vigaskutu.* „Hann hafdist þat at om „dagin at hann ók heim vidi, ok þegar præl- „ linn vard var vid, hverir komnir varo, velltir hann af hlasfino: ɔ: *Servus, ea die, qva Vemundns cum suis ad venerat, id negotii habuit, ut ligna domum adveheret, de advenis autem certior factus, struem mox e vehiculo devolvit.*

SCHOL. 1. Præterea defunctorum hominum funera uti prœliis occisorum aliorumqve simili ratione trajecisse Veteres exemplo Thorolfi Bægifot, monstrat *Eyrbiggia Saga*: „ Sidann varo yxn „ beitt fyri Sleda; var þar þorolfr i lagdr, „ ok ekit honum upp, i þiorsardal „. ɔ: *Posthæc vbehæ tauris junctæ impositus Thorolfus, in Vallem þiorsardal, dictum, asportatur;* Et post: „ Þeir taka hann upp or grö- „finni, ok lögdu hann i Sleda, ok beittu fyri „ tvo sterk yxn; ok drou hann uppa Ulfar- „ fells háls „: ɔ: *Efossum e Sepulcro Thorol-*

fum,



sum, trabæqve duobus tauris robustioribus junctæ impositum, in collem ulfarfellshals dictum avehunt: Simili ratione a loco prælii asportatos fuisse Helgonem & Grimum cum tertio qvodam Thorkillo *Draplogidum Historia narrat:* „ Hun mælti þa vid Bard son „ sinn, tak þu hesta ok eyki, ok forum eptir „ þeim Grimi ok Helga: Þau foro ok komu „ til Valsins, ok var þeim brædrum vellt „ i Sleda ok þorkeli med þeim„: *Tunc filium suum Bardum allocuta mulier, subjunctis vehiculo eqvis, inqvit, Helgonem & Grimum qværamus; Deinde locum prælii petentes, utrumqve fratrum cum Torkillo in trabam devolvunt.* Idem fere de Hrodnia filium Hoskuldum, qvem mortuum, sub dio invenerat, Bergthorshvolum transportante testatur *Nial, Snga:* „ Toku þau nu lykit ok logdu „ i Vagninn ok oku til Bergþorshvols: „ c: *Levatum inde funus, curruiqve impositum, in prædium Bergþorshvol dictum avehunt.* Huc deniqve pertinet, qvod *Historia de Gunnaro Kelldugnupsfifl* de Thorbiorno narrat, „ Gunnar var þa miök sar; Lagdi þorbiörn „ hann i vagn, ok oku þeir honum heim:„ c: Tot jam sauciatum vulneribus Gunnarum, in currum imponit Thorbiornus, domumqve avehit.

SCHOL. 2. Proxime accedunt ad antiqvum hoc vecturæ genus itinera veterum terrestria ab hodiernis diversa: Neqve enim ad varias tantummodo res transvehendas, verum & semet ipsos trajiciendos, hyeme inprimis trahis & vehiculis usi sunt. Uti id de Vatnsdælorum Toparcha Askillo testatur *Historia de Vemundo Kögr & Vigaskuta:* „ Sidann aka „ þeir

„ þeir til Eyafiardarli et Asnell akaſt til vodlu „ heidar „. ɔ: *Poſtea Eyafiordum, indeqve verſus monticulum Vadlenſem vehiculo iter faciunt Toparcha Askillus & cum eo viginti alii.* Et poſt: „ Þat er fra þordi at ſegia, „ at hann hleipr nu framm eptir þeim Askeli, „ ok er hann kemr at Sledanom þar ſem þeir „ óku &c.„: *De Thordo hoc accepimus, qvod Askillum ejusqve ſocios curſu petierit, qvi cum ad traham, qva vehebantur perveniret &c.* Simile de Draploga cum ſervis ſuis hyeme iter moliente Draplogidum Hiſtoria narrat: „ Þau fóru med tvo uxa ok þar á Sleda „ - „ Þau fóru heim ok óku eptir Iſi „ - „ Þa „ fóru þrælarnur i Sledann . þviat uxarnir „ kunnu þa heim: „ *Utebantur rheda duobus tauris juncta; Domum autem redeuntes, per glaciem aliqvando vehuntur; Tandemqve Servi in traham inſcendunt, tauri enim viæ, qvæ domum duxit, probe erant gnari:* His addam Gislonis Surſonii exemplum qvod vita ejus ita exhibet; „Gisli tekr nu eyk ok ekr „ til ſkogar med ſiarlut finn. „ ɔ: *Sumto jam vehiculo Gislo ſe facultatesqve ſuas in ſylvam recepit.*

SCHOL. 3. Pauca qvidem ſunt hæc Veterum exempla; Sed notandum eſt de his aliisqve qvæ rem æconomicam ſpectant, non niſi data occaſione & qvaſi aliud agentes loqvi veteris hiſtoriæ Scriptores, qvi de antiqvo Islandorum vecturæ genere poſteritatem inſtruere ne in animum qvidem induxerunt. Non ſine ratione igitur mihi facere videor, ſi antiqvum hoc vecturæ genus, noſtratibus olim valde in uſu fuiſſe ſtatuam. Qvid enim mirum? Uſitatum fuit hoc Norvagis olim, hodieqve adhuc in Uſu

D 3 eſt,

eſt, qvos in his ut in plurimis aliis ſecuti ſunt majores noſtri, qvi ipſi erant Norvagi. Mirum ergo videri poteſt hodie in vulgus prorſus ignotum eſſe, qvum, qvin usdem ac olim circumſtantibus, commode ſatis hodie inſtitui poſſe nullum ſit dubium. Ea enim eſt qvibusdam in inſulæ locis viarum natura & conditio, ut dictum vecturæ genus, ſi via brevior ſit, haud difficulter patiatur; Alia huic rei non ſatis apta majorem vel minorem noſtrorum operam poſtulat; Eſt deniqve alia, qvæ ob impedimenta prorſus inſuperabilia, tempore inprimis æſtivo, & ſi via longior ſit, nullum remedium patitur. Qvod vero ad utilitatem hujus vecturæ in ſpecie adtinet, eam certe nemo mechanices haud ignarus in dubium vocabit.

§. 16. De Ratione, qvod ſupereſt, Commeatum terreſtrem faciliorem reddendi, dicturus, non Commeatum, uti hactenus, ſed vias per qvas terreſtre iter inſtituitur, reſpicio, qvippe qvod, ſi modo viæ rite ſeſe habeant, facillime, ſin ſecus difficillime id fieri nemini non conſtat. Duo autem ſi qvid video hac in re inprimis notanda veniunt; Primum eſt, qva ratione Viæ tranſitu difficiliores, pro diverſa earum natura, refici poſſint & debeant; Alterum ex qvo fonte, ſumtus, qvos præſens heic exigit necesſitas, haurıendi ſint, Operariorum, qvi rem aggrediantur, ſimul habita ratione.

§. 17.

§. 17. Refectio viarum est earum perfectio; hæc vel essentialis est vel accidentalis; Illa ex firmitate, planitie, munditie atqve magnitudine pendet: Ad hanc autem refero oblectamenta, qvæ amænitatem & jucunditatem loco conciliant. Sic arbores in margine viarum plantatæ, Salices, larices, pomi agrestes &c. At vero de hac nil heic adtinet dicere, cum essentialis contra, de qva paucis per singula dicam, totam mihi faciat paginam.

§. 18. Firmitati viarum obstant paludes, locaqve palustria tanqvam freqventissima viarum obstacula, & qvæ inter maxima in Insula nostra recte referuntur. Sed qva qvæso ratione hæc removenda sunt? Acciperem ita breviter. Primum compingatur & exaltetur solum lapidibus, vel etiam scoriis, carbonibus, ruderibus & id genus aliis, prout nempe uniuscujusqve rei materia suppetit usúsqve exigit. Deinde obruatur via palustris materia qvadam obdurante non ungvinosa, & qvæ aqva pluvia non facile resolvitur v. gr. arena, glarea, & hujus farinæ pluribus, qvibus simili ratione arctisfime compingatur. Qvod qvidem generale ad obfirmandas vias remedium, uti simplicisfimum ita tutisfimum præ cæteris commendo.

SCHOL. 1. Præſtat tamen interdum, ut anteqvam ſternatur via, canalibus anguſtioribus aqva paluſtris eliciatur, ſi non ad ſolum plene exſiccandum, tamen ad maximam ſaltim aqvæ vim imminuendam, ingentibus foſſis, qvæ aqvam ilicibus iſtis deductam, commode excipiant, adjectis, præſertim ubi locorum acclivitas hujus rei qvaſi anſam præbet; Effoſſa vero terra non modo reficiendæ viæ, verum etiam locis deſertis, qvæ adſunt, fæcundandis materiem præbebit; Et ſic viarum refectio duplicem habebit uſum.

SCHOL. 2. Recte ſatis diſtingvit Gautierus, inter loca paluſtria, qvæ ex ſcaturigine aqvæ ſubterraneæ, & qvæ ex aqva pluvia vel inundatione, ortum trahunt, in Tractatu, qvi inſcribitur *Traité de la Construction des chemins* ed. Pariſiis 1721., ubi duplici huic viarum incommodo duplici qvoqve remedio occurrere ſtudet; Verba Authoris, qvæ Tract. cit. Cap. 5. §. 3. exſtant, hæc ſunt *Apres avoir determiné ſa largeur, le terrain etant ſuppoſé ferme & aſſuré de lui meme, pour vû qv'il ne ſoit pas penetré des eaux, on range ſous l'epaiſſeur des murs une platteforme, ſur la quelle on etablit la maçonnerie.* Pergit cit. Author. §. 5. *le terrain marécageux peut être d'une aſſez mauvaiſe conſiſtance, pour ne pas pouvoir ſupporter le petit empatement de la platte forme, & pour lors il faût s'y prendre d'une autre maniere pour aſſurer les berges de la Chauſſée: Qvand cela arrive, le terrain eſt pour l'ordinaire vaſeux, & on y remedit en faſckinant les lieux, où l'on fait faire les murs de ſoutenement.* Qvæ & ſimilia, licet iis præcipue in terris & regionibus, qvæ lignis ingenti numero

mero abundant, magni fore usus, vix dubitem, attamen, si insulæ nostræ ducatur ratio, his penitus accedere non possum; Idqve duplici ex causa: Tum qvia justo majores sumtus tale institutum postulat, & qvos insula nostra, ob lignorum, qva semper premitur, inopiam, haud patitur; tum qvia nunqvam non periculum est, ne asseres isti sev axes, qvibus contabulandum seo compingendum erit solum palustre brevi putrescant, & hinc semel concinnata via haud diu teneat, totus vero labor in cassum cadat, nosqve mox in eodem hæreamus luto. Qvid? qvod, si de putribus istis paludibus, qvæ perpetuo qvasi aqvarum fonte scaturiunt, sermo sit, vix his remedium invenies; si enim paulo diffusioris sint spatii, pontibus neqvicqvam sternuntur, qvicqvid vero obdurantis materiæ solo injeceris, aqvis brevi immergitur; adeo prava est hæc locorum indoles.!

SCHOL. 3. Sed ultimum jam ad pontes confugium superest; Commode his forte annes, rivi, lacus, terræ casmata &c. hinc inde sterni possint; Commodius vero paludes minores, tempore inptimis hyberno, congestis supra glaciem saxis, lapidibus, ruderibus, ejusqve farinæ pluribus, iisqve, qva fieri potest, arctissime compactis, qvo fundamento jacto, soluta glacie, supra construatur pons, in medio elatior paululum, ad ima vero depressior; subtus autem foramen vel canalis qvidam per transversum duci possit, qvo liberum semper aqva exitum inveniat. Plane vero non succedit hæc vel alia pontium structura in fiuviis, amnibus majoribus &c. qvi vel alveum continuo mutant, vel e montibus glacialibus emanant,

 ideoqve

ideoqve asſiduis mutationibus, incrementis & decrementis obnoxii, ſunt; qvi montium ruins, inviumqve mundationibus continuo exponuntur, qvi rapidiori æſtu prorumnt &c. Nullum enim his remedium ſupereſt, Qvod vero ad pontes ipſos adtinet, multum ſane ligneis lapidei præſtant, qvippe qvi, ſi rite conſtruantur, diutisſime tenent, dum illi ſumtuoſiores contra, brevi putreſcunt, continuaqve reparatione indigent; Cæterum qvod de antiqva in Islandia pontium ſtructúra dicendum ſupereſt, de hac pauca invenio; interea tamen pontes hinc inde, ubi neceſſe habuerant, Veteres confeciſſe, dubium non eſt; qviu & rei haud imperitos fuiſſe vel Kuggonii exemplo monſtrat *Grettis Saga*: Hæc vero ita; „ Þorſteinn hafdi lätit gera kirkio á bæ ſi- „ nom; hann let ok gera brú heiman frá „ bænom ok til kirkiunnar, ok var, hun gerd „ med miklom hagleik, ſva at undir áſunum, „ ſem uppi hieldo brunni, var gert med „ hringom ok dinbiollom, ſva heirdi yfir til „ Skarfsſtada, hálfa viko ſiáfar, ef gengit var „ nockut um bruna, ſva briſtuſt-hringarnar:„ ɔ: *Exſtructo domi ſuæ templo Thorſteinus pontem a prædio ad templum directum ſtatuerat; Erat vero magna arte confectus: Suppendebant nempe trabibus, qvi pontem ſuſtinebant, annuli, qvibus tintinnabula innexa, ita ut, pontem aliqvo transeunte, concusſis hic annulis Skarfiſtadas usqve ad ⅛ mill. longitudinem perſonaret: Multum ſane laboris in hoc opus inſumſit Thorſteinus, uti etiam cudendi ferri erat peritisſimus.*

§. 19.

§. 19. In definienda viarum magnitudine tria inprimis occurrunt; Nempe earum longitudo, latitudo & profunditas; longitudinem & profunditatem, ipsa locorum natura & conditio, latitudinem vero ſcopus in qvem concinnatur via, determinat. Via enim omnis aut pediti, aut eqviti, aut aurigæ demum ſternitur: Si primum longitudo unius vel duorum pedum, ſi ſecundum, qvatuor, & ſi tertium octodecim vel viginti pedum ſufficiet: Interea tamen determinata hæc viarum magnitudo, jam a voluntate magiſtratus ſuperioris, jam a boni cujusvis arbitrio, pendet; ita ut heic proprietas nullius eſſe intelligi qveat.

§. 20. In medio tamen elatæ paullulum ad latera vero depresſiores conſternantur viæ; ductis ad margines fosſis, pro modo longis latisqve, qvæ contractum ſqvalorem commode abſorbeant & auferant, & qvo facilius aqva pluviali incidente abluantur viæ & a ſordibus liberentur.

§. 21. Impedimenta deniqve ex aſperitate locorum oriunda removentur; ſi modo aſpreta qvæ confragoſa ſunt, partim elapidentur, partim ferro aperiantur, vel ſi tumuloſa ſint, ſulco demum perdomentur, interſtitiis inſuperabilibus, ceſpite, glarea, vel alia qvadam materia ad rem appoſita

(§. 18.)

(§. 18.) repletis. Reliqva de planitie viarum notanda ipſa vias ſternendi ratio docebit.

SCHOL. Num de reficiendis viis multum ſolliciti fuerint Veteres Islandi certo mihi non conſtat, qvin tanto magis dubitaverim, cum itinera æſtiva eqvis ut plurimum inſtituerentur. Interea non diſplicet exemplum pugilum, qvi uti *Eysbiggia Saga* refert, iter per Saxetum vulgo Berſerkia hraun, aperuere; qvos licet ob ſingulares qvasdam rationes ad hoc opus inſtigaverint noſtrates, publici nihilo minus æqve ac privati uſus rationem ſimul duxiſſe cenſendi ſunt: ita vero hiſtoria citata: „ Þu ſkalt rydia, ſegir Stir, gotu yfir raunit „ ut til Biaruarhafnar ok leggia hagagàrd „ milli landa vorra, ok gera byrgi her fyri „ innan raunit, enn at þeſſum lutom fram- „ komnum mun ek gipta þier Asdiſi dottr „ mina. Eptir þetta toku þeir at rydia gö- „ tuna, ok er þat eitt meſta mannvyrki, þeir „ logdo ok gardinn ſem enn ſer merki til, „ ok epter þat gerdo þeir byrg.t „ o: *Viam inqvit Stirus, per Saxetum Biarnarhofnum usqve aperies, aggéreqve inter fundorum noſtrorum confinia jacto, ovile intra Saxetum exſtrues, qvibus rebus confectis, filiam tibi Asdiſam in matrimonium elocabo; Poſthæc ambo iter aperire cæperunt, arduum ſane opus, maximæqve difficultatis, jactoqve agge, cujus hodie adhuc veſtigium, ovile demum perfecerunt.*

§. 22.

§. 22. Supereſt jam dicendum de Sumtibus in vias erogandis; hæ ſunt vel privatæ vel publicæ h. e. privatis vel publicis uſibus deſtinatæ. Uti vero æqvitas naturalis poſtulat, ut is cujus res eſt, ſumtus in hanc neceſſarios impendat, manifeſto adparet, vias, qvæ ſunt privatæ, privatis, qvæ vero publicæ, publicis ſumtibus eſſe reficiendas; qvorſum & vectigalia viis publicis imponenda ſpectant & qvæ ſunt cætera. Neutiqvam tamen ſumtus iſti ultra vires incolarum extendendi ſunt ſed æqvalis potius in ſingulis tenenda eſt proportio; Operi interea, dum per curas domeſticas vocat, manus admovere neceſſe habent ipſi incolæ, qvibus, ut eo facilius non modo labori, verum etiam ſumptibus parcatur, homines maleferiati & in metallum damnati in ſubſidium mittantur.

SCHOL. Qvæ de reficiendis viis generatim & breviter hactenus monui, ita haud intelligi volo, acſi per omnia & ubiqve in patria adplicari posſint & debeant; uti enim nullus dubito qvibusdam in inſulæ locis, determinatis ſumtibus & locorum intervallis, cum uſu qvædam ad minimum adhiberi poſſe; ita haud ignoro difficultates viarum reficiendarum tantas eſſe aliis in locis, ut ne vix ac ne vix qvidem ſuperari qveant; Pro locorum itaqve opportunitate & circumſtantiarum commoditate prudenter omnia applicanda & intelligenda ſunt.

§. 23.

§. 23. Sed mittamus jam commeatum terreſtrem ejusqve difficultates, & redeamus ad navalem; Hic vel internus eſt vel externus, qvorum uterqve veteribus Islandis in uſu fuit, poſterior tamen, qvantum ex hiſtoriis colligere eſt, multo freqventior? qvid? qvod qvæ de commeatu interno Veterum, haud pauca, hiſtoricorum teſtimonia, proſtant, ita ſunt comparata, ut de terreſtri æqve ac navali, de alterutro vel utroqve ambigue ſatis intelligi qveant Qvo certe pertinet qvod de Oſpako refert *Bandamanna Saga*, generalem in inter Occidentalem, & Borealem Islandiam commeatus uſum indigitans his verbis: „ Hann var i flutningöm „ milli Stranda ok Nordr Sveita.„ ɔ: *Hic Strandas inter & regiones boreales a-commeatibus fuit.* Sic etiam ligna balænasqve ab iisdem oris Islandiæ occiduis vulgo *Ströndum* terra mariqve trajicere ſolitos fuiſſe Veteres exemplo Thorgilſi monſtrat *Grettis Saga* „ Þesſi þorgils var addràtta „ madr mikill, ok fór véſtr á Strandir hvert „ Sumar, ok afladi hvals ok vida ok annara „ fánga, fór hann á ſtrandir þær enar eyſtri.„ ɔ: *Multum hic Thorgilſus commeatui ſtuduit, per ſingulas æſtates, Strandas usqve, orientales inprimis profectus, unde balænas, plurimaqve alia vitæ ſubſidia comparavit;* Cui de lignorum ſubvectionibus accedat *Laksdæla Saga:* „ A þvi Sama „ hauſti

„ haufti liet Olafr bæ reyſa, ok af þeim vi-
„ dum er þar varo hoggnir i ſkoginum, enn
„ ſumt hafdi hann af rekum á Strondum. „
ɔ: *Hoc autumno prædium magnifice ſatis exſtruendum curavit Olaus, lignis partim, qvæ ſylva contigua miniſtravit, partim qvæ Strandis in littus ejecta advexerat, uſus.* Neqve naves vel jumenta tantum, verum etiam loca, unde commeatus fiebat, interdum reticent hiſtoriæ: Sic *Eigils Saga Skallagrimsſonar* „ Skallagrimr
„ var ydiomadr mikill, hann hafdi med ſer
„ margt manna, ok let ſækia miök faung
„ þau er ſyri varo til atvinno monnum. „
ɔ: *Erat Skallagrimus vir admodum actuoſus, utqve numeroſum domi famulitium aluit, ita commeatus & qvæ erant vitæ ſubſidia, ſedulo advehi curavit. Eyrbiggia Saga.* „ Þorſteinn hafdi iafnan med
„ ſer 60. Frelſingía, var hann ok addrátta-
„ madr mikill, ok iafnan ſialfr i Fiſkirodrum, „
ɔ: *Sexaginta libertos domi ſecum habuit Thorſteinus, in commeatibus etiam ſubvehendis multus fuit, ſeqve aliis piſcantibus comitem ſemper præbuit. Havardi Isfiordenſis vita.* Ex qva ſimul hæc commeatus procuratio tanqvam peculiare negotium certis domeſticis commiſſum confici poſſe videtur: „ Þat var ydia Brands at
„ hann hafdi ferdir á Sumrum ok flutti at bui
„ þat er þurfti: h. e. *Id æſtate negotii habuit*

buit Brandus ut itineribus occupatus necessaria domum apportaret. Clarius tamen aliis in locis usum hunc commeatus navalis exponunt Veterum monumenta, ita tamen ut res transportatas aut expresse definiant, aut non; posterius videre est ex *Conjuratorum Historia*, dum Othonem á commeatibus primum per aliqvod tempus fuisse, postea vero hujus rei pertæsum, mercaturam externam felicem satis exercuisse adferit: Verba de commeatu interno hæc sunt. „Þar kemr at hann rædst i flutninga „nordr til Stranda med farma, ok kaupir ser fe- „rio, ok aflar ser þa sva fiár; Nugrædir hann „ brátt se, þar til hann a einn feriona, ok „ helldr sva i millom Stranda ok Nordrsveita „ nockr Sumr „ ɔ: *Tandem res eo pervenit ut commeatibus ab oris maritimis vulgo Strondum subvehendis operam navaret, emtoqve navigio qvæstum aliqvamdiu faceret. Hoc tantum pecuniæ brevi lucratus est, ut soluto pretio, navem solus possideret, qva per aliqvot simul æstates Strandas inter & Midfiordum proficiscebatur.* Ad hæc insuper notandum est, commeatum, unum ex primariis rem augendi & ampliandi modis, Veteribus fuisse; Id qvod tanto minus dubium videatur, qvum hoc non mercaturam tantum internam, sed & externam ut plurimum exercuerint. Qvodsi vero hodie restitueretur, a commeatibus futuri non alimenta modo qværerent; sed & rem

nota-

notabiliter augerent, non fine infigni reliqvorum commodo, qvi commeatibus diftenti, neceffariis rei domefticæ curis fuperfedere neceffe habent.

§. 24. Res porro transportatas expreffe definiunt veteris hiftoriæ Scriptores; Fuerunt nempe vel indigenæ vel exoticæ, ideoqve opera naturæ vel artis, de qvibus fingulis, prout ufus poftulavit, apportandis & in proprios ufus conferendis folliciti erant Veteres; Subvectiones operum naturæ in fpecie, exemplo Thoroddi pifces hyeme transportare foliti oftendit *Eyrbiggia Saga* his verbis: „ Þat bar at um vetrinn fyri „ Jól at Þóroddr fór út á Nes, eptir fkreid „ finni, hann átti teinæring godann; er hann „ var vanr at flytia fkreidina á„ ɔ: *Accidit ut hyeme qvadam, ante feftum Jolenfe, in promontorium* (*Snæfellsnes*) *iter fufciperet Thoroddus pifcium, qvos heic habuit, advehendorum caufa; Poffedit hic qvinqveremim egregiam, qva pifces transvehere folebat;* Cui haud disfimile de Thormodo narrat Vita ipfius: „ Eptir þingit um fumarit rædft hann til ferdar med „ huskarla fodr fins, er þeir fkyldo fækia „ fifka; er Besfi ätti útl Bulungarvyk; Þeir „ hofdu einn ferioftút er Besfi átti„ ɔ: *Peractis comitiis æftivis Thormodus cum domefticis paternis, itineri fe accingit, pifces, qvos*

 Bulun-

Bulungarvikæ Beſſus habuerat, apportaturus; Utebantur vero navi Beſſi vectoria. Accedat Thordi Hrædæ exemplum, qvi ut architecturæ peritisſimus, navem ſubvectionibus deſtinatam exſtruxit, a commeatibus ipſe futurus, „ Þordr var at ferio ſmydi „ nidr vid Oſinn, ok ætlar at hallda henni „til Stranda, eptir ſkreid, ok fara ſiálfr med:„ ɔ: *Exſtruxit ad ſinum Midfiordenſem navem Thordus, qva piſces Strandis apportaturus, uti ſtatuit.* Balænas ſimili ratione navibus transportaſſe veteres inter alias pluribus oſtendit *Grettis - Saga*: „ Þorſteinn het madr er bió á Reykianeſi, „ hann fann hval rekinn innann framm á „ Neſino, þar ſem hiet á Ritſkerio - „ ok er þetta ſpurdi Þorgrimr, ok þeir „ brædr, biugguſt þeir ſem hvataſt, ok fóru „ 12 á tyrædingi; í því komu Kalldbaklingar „ med fiogr ſkip - þeſſo næſt komu þeir „ Olafr frá Draungum med mörgum ſkipum„ ɔ: *Thorſteinus qvidam in promontorio Reikenſi habitans, balænam forte, in interiori promontorii parte, qvæ Ritskeria vulgo dicitur, in littus ejectam repperit; de qvo certior factus Thorgrinus ad occupandam balænam cum fratribus iter accelerat, vehebantur autem qvinqveremi duodecim numero. Eo ipſo Kalldbaklenſes qvatuor navigiis vecti adveniunt: Moxqve Olaus de Drangis multis ſociorum navibus ſtipa-*

stipatus. Sic Thorgeirum & Thormodum in Strandas sæpius, unde balænas comparavint, iter fecisse testatur Vita eorum multis in locis; Qvin & omnis generis alimenta hinc inde navibus exportasse Veteres Steindori exemplo monstrat *Havardi Isfiordensis Vita:* „ Eptir þat rydia þeir búrit, „ ok bera ofann á skútuna til þess hún var „ hladinn.„ ɔ: *Posthæc ablatis ê cella penuaria cibariis navigium onerant:* Et melius adhuc *Sturlúnga* Saga: „ Þórdr var „ þvi vanr hvert sumar at feria föstumat til „ Eyafiardar ok selia bændom, ok enn gerdi „ hann sva, at hann sigldi inn eptir fyrdi.„ ɔ: *Consvevit Thordus singulis æstatibus, cibaria jejuniis destinata, navi trans vehere incolisqve vendere; qva & jam consvetudine usus,* Sinum *Eyfiordensem intrat.*

§. 25. Opera artis simili ratione mari trajecisse Veteres, inter alias testis est *Laxdæla Saga:* „ Liet þórdr færa til skips „ laúsafe þat allt er módir hanns átti þar, „ enn smala skyldi reka fyri innan fiordo ;„ ɔ: *Thordus omnem matris suppellectilem navi transferendam imponit; Pecora vero per interiora sinuum circum agebantur.* Eyrbiggia Saga: „ Þorsteinn „ skipadi ferio, ok geck þar á med tolfta mann, „ var hirdslom mest kladit skipit.„ ɔ: *Navem*

 jam

jam instruxit Thorsteinus, qvam & maxima ex parte scriniis oneratam, cum duodecim aliis ipse conscendit.

§. 26. Sed vero præter res mercésqve indigenas, exoticas qvoqve hinc inde mari olim trajecisse Nostrates Egilli Skallagrimii exemplo Vita ejus docet. „ Þat var eitt „ sumar er Skip var í Hvítá; þar var mikil„ kaúpstefna, hafdi Eigill þar keípt vid „ marga, ok liet flytia heím á skipi„ ɔ: *Appulsa est æstate qvadam navis ostio amnis Borgfiordensis, ubi mercatura admodum freqvens; heic cum multis negotiatus Egillus coemtas merces per domesticos qvadriremi exportandas curavit.* Cui haud dissimile de Thorbiorno ex mercatura Vadlensi merces prædicta ratione domum adportante, *Havardi Isfiordensis Vita* narrat: „ Þorbiorn ok þeír felagar „ fóru vestan 10. saman á skútunhi - „ hofdu þeír hladit miók skútuna „ ɔ: *Thorbiornus & socii decem numero navi iter fecerunt, qvam & omnis generis mercibus oneraverant.* Accedat Torkilli mercatoris insignis exemplum, qvi ex sylva Regis Norvagiæ in Insulam exportata ligna, qvæqve exstruendo templo destinaverat, magno numero hinc inde terra mariqve transvexit: de hoc *Laxdæla Saga:* „ Hann „ kemr nú þesso starfi til vegar ok dró vidinn „ meir

„ meir enn á 20. heſtum, enn ſidan ætladi „ hann at láta flytia vidinn á ſkipi ut til Hel„ gafells. Þorkell, átti ferio mikla, ok „ ætladi hann Þat ſkip at hafa, Þá hann „ heimleidis færi „: *Eo tandem expedivit negotium Thorkillus, ut ligna plusqvam viginti eqvis Liáetram aſportaret, navi inde Helgafellum vebenda; Navem enim prægrandem onerariam poſſedit, qva & uti ſtatuit domum rediturus.*

§ 27. Sed de commeatu Veterum Islandorum navali ante initium ſeculi 13. hæc hactenus. Præterea non deſunt argumenta probabilia ſaltem, qvæ antiqvum hujus ante & poſt prædictum tempus, uſum, ulterius confirmant; Sunt hæc itinera eorum navalia, qvalibet occaſione uſitatisſima; Qvid enim, qvæſo, obſtitit, vel obſtare potuit, qvin navigiis, qvibus itinera tam freqventes inſtituere, ad commeatum navalem, uſu & necesſitate ita ferentibus, uſi fuerint; Inprimis cum nemini non conſtet, commeatum terreſtrem plus navali difficultatis habere, faciliusqve terra iter qvam commeatus inſtitui. Veriſimile ergo non videtur, Veteres eaſdem prorſus commoditatis rationes, qvas in itineribus inſtituendis obſervarunt, in commeatu utpote difficiliori neglexiſſe. Plurima qvidem de his itineribus navalibus adducunt Veterum monumenta, inprimis *magnum* illud

illud *Islandiæ Chronicon*, qvæ tamen fingula recenfere nimis prolixum foret & a fcopo meo alienum: Adferam tantum unum aut alterum locum, ubi de pugnæ navalis inter optimates Islandiæ feculo 13. commiffæ adparatu citata hiftoria agit; Primum ita accipe; „ Þórdr liet búa oll hin ftærri fkip í Veft-„fiordum,ok þar til feck hann manna fva at þaú „ varo alfkiput; Kom Teitr Stirmis fon til „ móts vid hann ór Breydafyrdi, med eitt „ fkip - Svarthöfdi ok Rafn ftyrdo eino „ fkipi ok tvo komo ór Arnarfyrdi - „ Bárdr af Sondum ftyrdi þvi fkipi er „ Raudfidann het, þat var meft af ollum fki-„ pum Þórdar - Helgi Halldorffon ok „ Ingialldr Gudmundarfon ftyrdo teinæringi „ einom. Biarni Brandfon ok Páll Gris „ ftyrdo því fkipi er Trekillir var kalladr - „ Kolbeinn Grön ok Hákon Galinn ftyrdo „ Stadarferio ór Hollti - Annat Skip var „ ór Onundarfyrdi, þat var teinæringr; ór „ Ifafyrdi varo buinn þriú fkip - Sig-„ mundr Gunnarfon ftyrdi Arnarbrandinom; „ þar varo á Isfyrdingar. Bårdr Horleiffon „ ftyrdi teinæringi einom. Odrom teinæ-„ ringi ftyrdi Sigurdr Veglángr - Ketill „ Gudmundffon ok Almr Þorkellffon ftyrdo „ því fkipi er þeir hofdu tekit af Hiornftron-„ dum, er Snækollr het; Þar var á gefta „ fveitinn. Þórdr Kakali ftyrdi fkútu einni „ mikilli; Þar varo á heimamenn hanns, „ ok

„ ok mannval er bonum þótti knáligast: –
„ enn er þessi 15. ſkip varo búinn, hiellt
„ Þórdr yfir Iſafiardardiup, ok ſva nordr
„ til Hornſtranda„: ɔ: *Majores jam omnes in Veſtfiordis naves adornat Thordus, nautisqve inſtruit; Conveniebat eo e Sinu Breidfiordenſi una navi Titus* Stirmeri *filius; alteri uni præerant* Svarthofdus *&* *Rafnus; duæqve e* Sinu *Arnfiordenſi venere. Bardus de* Sandis, *navi, cui Raudſidæ nomen, omnium* Thordi *navium maximæ, erat Gubernator. Helgo Halthori & Ingialldus Gudmundi filius qvinqveremi erant præfecti. Biarnus Brandi filius & Paulus Gris, navi qvem Trekillir vocabant, præfuerunt. Kolbeinus Grön & Hakon Galinn navi Holtenſi erant Gubernatores; præter qvam & alia, de* Sinu *Onundarfiord, qvinqveremis advenerat. E* Sinu *Iſafiord inſtructæ erant tres naves, qvarum ultimam qvæ Anarbrandr dicta Sigmundus Gunnari filius, nautis Isfiordenſibus, rexit Bardus Hiorleifi filius qvinqveremi erat præfectus* Sigurdusqve *Veglúngr alteri. Ketillus Gudmundi & Almus Thorkilli navi, qvam ab Hornſtrandis adduxerant, Snækollr dictæ, cohorteqve advenarum inſtructæ, præfuerunt.* Thordus *ipſe prægrandem qvandam navem habuit, lecta domeſticorum manu, qviqve illi impigerrimi viſi ſunt, inſtructam; His qvindecim navibus ita*

 inſtructis

instructis fretum Isfiordense indeqve Hornstrandas trajiecit. Alter citati Chronici locus seqvens est. „ Kolbeinn „ hafdi þá 20 ſkip, ok nær nío tygom hins „ fiórda hundrads manna; hann fiálfr hafdi „ þat ſkip er nær var haffærandi, ok var „ þernum útbitat; þar var ok Kaſtali á vit „ ſiglo. Odro ſkipi ſtyrdi Asbiörn Illugaſon. „ Socka Gudmundr ſtyrdi ok miklo ſkipi. „ Ketill Gnupſſon ok þeir Grímſeyíngar „ hofdo enn mikit ſkip. Hiallti Helgaſon „ ór Leírhöfn ſtyrdi ferio mikilli. Hraní „ Kodranſſon var enn ſkipstiórnar madr. „ Einar Drági ſtyrdi enn eino ſkipi. Ottar „ Snoppulángr hafdi enn eína ferio; Viga- „ búti ſtyrdi enn ferio mikilli. Enn þo ver „ teliom eígi alla ſkiptiómarmenn nordann „ þá hafdi Kolbeínn þó alla hina vaſkligúſto „ menn ſitt á hvert Skip; Mátti ſva atkveda „ at öll ſkip Kolbeins væri alſkipur allt „ framan at ſiglo; hafdi ok eíngi madr „ fied á varo landi þvílikann herbúnat á „ ſkipum. „ ɔ: *Habuerat tunc viginti naves Kolbeinus, trecentosqve & nonaginta fere milites; Vehebatur ipse navi qva vasto apertoqve utcunqve Oceano transfretare licuit; Erat autem foris constrata, & propugnaculum in puppi. Alteri navi præfuit Asbiornus Illugi; prægrandemqve navem Gudmundus Soccus gubernavit. Ketillus Gnúpi filius & cum*

eo

eo Grimseyenses magna adhuc navi vehebantur: Hiallterus Helgii de Leirhöfn prægrandi navi vectoriæ erat gubernator; & Hranerus Kodrani filius alteri Uni adhuc navi præfuit Einarus Dragi; & Ottarus Snoppulángr alteri. Vigabútur etiam in navi qvadam prægrandi oneraria clavum tenuit. Licet vero omnes Kolbeini Gubernatores e boreali Islandia accitos heic non nominemus, nihilo tamen minus fortissimos qvosqve viros collegerat per singulas naves dispositos: Parumqve abfuit, qvin singulæ ejus naves a prora ad puppim usqve plene essent instructæ: Neqve antea qvisqvam tantum in patria bellicarum navium adparatum vidit.

SCHOL. Ex his ad minimum conjici possit, qvantus tunc temporis navium majorum vectoriarum numerus in insula exstiterit; inprimis cum tota orientalis & australis Islandia, itemqve occidentalis pars utpote ditionibus horum Duumvirorum non subjectæ, ad expeditionem hanc bellicam nil omnino contulerint; & qvas tamen cæteris inferiores multum hac in re statuere ratio non svadet.

§. 28. Posterioribus qvoqve seculis secuti sunt navalem hanc transportandi rationem Nostrates uti sec. 14. 15. & 16 ubi labentem jam mercaturam navalem de novo instituere magis qvam restituere allaborarunt. Fuerunt in his primi utriusqve Diæceseos Episcopi, ut-pote cæteris ditiores ex Bo-

reali Islandia, Jonas, Petrus, Gottſchalkus, Ex auſtrali: Wilchinus, Ogmundus, aliiqve: Qvoniam tamen horum commeatus navalis ad externum potius utpote qvæſtuoſiorem magisqve uſitatum qvam internum pertinet, ſtudio eum heic omitto: Unicum tantummodo adferam de commeatu navali, interno, qvod, cæteris præſtat, Antiſtitis Skalholltenſis Ogmundi exemplum; noſtra laude & imitatione haud indignum, qvodqve *Hungurvaka* ita exhibet: „ Liet hann
„ dugguna hlaupa bædi auſtur og veſtur ad
„ draga ad vidu ſem meſta og ur ollum
„ ſveitum þar nalægum; þad ſama ſumar
„ eptir ſendi hann dugguna til Noregs,
„ eptir þvi ad Skalhollt atti þar þa bædi ſtad
„ og Skóg: Þar voru þeir vetrinn; þad var
„ kallad ad ſogum Islendiga gardur; ſo þeir
„ voru þar annann vetur enn hier annann;
„ Enn þá þeir komu ut á vorinn hingad, þa
„ hiiop dugann á Veſtfyrdi, ok ſókti þángad
„ tre og timbur, og tiundir biſkups, og
„ fluttu hingad á Eyrarbacka; og var ſo
„ ſett uppi nauſt á veturnar fyrir utann Skumſtadi;
Enn ad vori adur enn þeir fóru til
„ Noregs, þá fóru þeir á henni auſtur ok
„ ſoktu þeir þá þangad tre, og fluttu hingad
„ a Backann - Hier var þá ſo ſyrirbuid,
„ ad hier var mikil bygging, ſtórt geimſlu
„ hus og badſtofa, og timburhuſid er ſtod
„ á ſtolpum, ſo þad var manni i hnie af Jordu

„ og

„ og uppundir golfid; Þar setti hann fyrir
„ brodurson sinn, þann Jon hiet, hann
„ medtok og afhendti. Þangad vat allur
„ addráttur, ur Vestmanneyum og allstadar
„ og lyka vel leingra ur flóanum; Voru
„ þangad latnar leigurnar - Enn sum
„ stor tre liet Biskup draga heim á nautum,
„ og þaug voru járnud og þær skeifur sa eg.
ɔ: *Misit navem Episcopus tum in orientalem tum in occidentalem Islandiam, lignorum, qvantum fieri potuit, advehendorum causa; qvæ & simul ex vicinia undiqve eqvis adportanda curavit. Post eadem æstate navem in Norvegiam misit, ibi enim Chathedra Skalholltensis, sylvam villamqve, cui Islendinga gardur nomen, tunc temporis possedit, ubi & alternis vicibus nautæ hyemare solebant; Vere autem in insulam reversi, occidentalem qvadrantem petiêre, atqve inde ligna decimasqve episcopales Orebackum apportarunt; qvo facto navis per hyemem, in navale, qvod extra Skumstadas situm fuit, subducebatur; Dein vere adpropinqvante, priusqvam in Norvegiam proficiscerentur, in orientalem Islandiam navigarunt, lignaqve exinde Orebachum advexere. Erant interea hunc in finem ampla satis ædificia Orebachi exstructa; Penuarium nempe ingens, hypocaustum, domusqve illa lignea, pedalibus in altitudinem columellis suffulta, qvibus omnibus e*

fratre

fratre nepotem Jonam, qvi advecta reciperet, qvæ avehenda, expediret, præfecerat Episcopus; Huc præterea commeatus omnis ex Insulis Westmannorum & undiqvaqve canonesqve prædiorum ex remotiori insulæ tractu Floensi adportabantur; Ligna vero nonnulla grandiora, tauris, qvibus soleæ ferreæ erant inductæ, & qvarum qvasdam ipse vidi, domum transvehenda curavit.

SCHOL. Patet ergo ex hactenus allatis, si modo locorum, per qvæ itinera olim instituerunt, simul ducatur ratio, Veteres, commeatu navali, ubi usus qvidem, sed non necessitas semper postulavit, sæpius usos fuisse, ideoqve huic plus qvam terrestri interdum tribuisse; Attuli autem ex Hungurvaka prolixum hunc locum, tum qvia formam commeatus navalis tunc temporis agitati; tum qvia genuinum modum seu normam, juxta qvam hodie institui & dirigi possit, ostendit; Sic merces qvælibet indigenæ & necessaria vitæ subsidia, qvibus una insulæ qvadrans abundat, ad reliqvas, qvæ his indigent, exportandæ; Penuaria variis in insulæ locis constituenda, unde mercatura navalis & terrestris interna continuo exerceatur. Neqve tamen in mercibus indigenis solis subsistendum, utpote qvibus insulæ plene non providetur; sed addendæ simul exteræ; Monstrat porro hic locus, certos huic negotio præficiendos viros, qvi non eo solum dispiciant, qvibus qvantisqve vitæ subsidiis unaqvævis insulæ pars indigeat, sed & qva ratione singulis commode provideant; Gene-

Generatim & abſtracte deniqve monſtrat qvemadmodum mercatura navalis interna & externa hodie eſſent reſtituendæ. Sed hæc de commeatu Veterum interno hactenus: Qvæ deficiunt, qva inſtituti fert ratio, in Sectione ultima ſupplebo.

§. 29. Ad commeatum deniqvè externum ordo inſtituti provocat; Eſt hic certe inter clarisſima & utilisſima Majorum inſtituta referendus. Eſt præterea novum pro commeatus navalis interni uſu ulterius ſtabiliendo argumentum. Qvi enim qvæſo naves, qvibus ad commeatum externum toties uſi ſunt, ad internum uti neſciſſent? Qvi inqvam merces, aliaqve vitæ ſubſidia, qvæ tanto ſtudio ab exteris adportarunt, in ipſa inſula, re ita exigente, mari trajicere inſuper habuiſſent? Multa qvidem de hoc commeatu externo veterum dicenda ſupereſſent, ſi modo omnia, qvæ de hoc literis conſignavit antiqvitas, in medium proferre vellem; Sed id jam non ago: tum qvia ad mercaturam Veterum Islandorum externam proprie pertinet; tum qvia ſpecialem tractationem jure meretur.



DISSERTATIO
HISTORICO ŒCONOMICA,

DE

COMMEATU VETERUM ISLANDORUM PRÆCIPUE NAVALI HODIE RESTITUENDO.

QVAM

PUBLICO DESSENTIENTIUM EXAMINI SUBMITTIT

THORSTANUS NICOLAUS Isl.
PHIL. BACC.

UNA CUM

DOCTISSIMO ATQVE AMICISSIMO


JOHANNE MAWIO BÖCHMANN.

IN AUDITORIO COLLEGII REGII
Ad diem MAJI.

HAVNIÆ, MDCCLXII.
Typis NICOLAI MÖLLERI.

Imprimatur,

J. P. ANCHERSEN.



SECTIO TERTIA.

De

Commeatu Islandorum navali hodie reftituendo.

§. 30.

Poftqvam utilitatem commeatus navalis ejusqve apud veteres Islandos ufum in fuperioribus monftravi; progredior ad eundem in patria inftituendum: Licet verò de commeatu navali veterum incolarum externo nondum differui ob intimum tamen, qvod internum & externum intercedit commercium, qvo unus fine altero confiftere neqvit, plurima vero alter alterius propria jure fibi vindicat, nec non ob infignem unius & alterius in Islandia ufum, confultum duxi generales, qvæ utriqve in patria reftituendo & dirigendo faciant fatis, rationes in medium proferre; Qva in re qvatuor potiffimum mihi præftanda funt; Primum ut naturam commeatus navalis rite evolvam, Secundum ut eandem per ftatum infulæ hodiernum magis determinem. Tertium ut antiqvam commeatus rationem exponam; Qvartum deniqve & ultimum, ut fubfidia qvorum ope inftitui & peragi poffit, definiam; Primum

qvidem ni fallor in Præc. & Sect. 1. abſolvi, ſecundum vero & tertium ut præſtem, reflectam.

1) Ad naves qvæ his uſibus inſerviant.
2) Ad nautas a commeatibus futuros.
3) Ad navium receptacula ſev portus.
4) Ad opera naturæ & artis in qvibus commeatus verſatur.
5) Ad emporia unde & qvo merces exportentur.
6) Ad tempus qvo inſtituendus ſit commeatus.
7) Deniqve ad ſumtus in hunc erogandos.

§. 31. Incommoda qvibus naves Islandorum laborant, alia juſto exiliori formæ alia imperfectioribus armamentis & ſtructuræ originem debent. Non enim neceſſariis & communibus tantum uſibus apta magnitudine carent, ſimulqve tali vexantur incommodo, qvod effecit, ut piscatura Islandorum navalis ad altius hodie nondum evecta ſit faſtigium, mercatura vero navalis amplius non ſit in uſu, verum etiam ob figuram qvam ipſis tribuere ſolent, ad curſum obliqvum vento adverſo inſtituendnm prorſus ineptæ ſunt; Neqve qva reliqvam ſtructuram ita conſtitutæ videntur, qvin aliqva ſaltem emendatione indigeant, id qvod ex iis qvæ mox dicturus ſum, clarius patebit. Conſi-
derabo

derabo heic autem non ſingulas ſingularum navium ſpecies, neqve enim noſtratium magni intereſt, ſed eas tantum, qvarum maximus in Islandia eſt uſus, & qvarum diſcrimen, a viribus ſollicitantibus velis nempe remiſve petendum; cum vero dictarum navium ſpecies multa ſecum habeant communia, iterumqve novas ſpecies ſub ſe contineant non nulla de his in univerſum perficiendis monebo, qvorum potiſſima huc redeunt.

1) Ut debita & ad ſingulos navium uſus accommodata magnitudine conſtruantur, ita qvidem ut ſcopo cui deſtinantur, conformes exiſtant; Eſt hæc de perficiendis & exſtruendis navibus lex maxime generalis adeoqve primo loco ponenda, ſine qva perfectæ navis idea haudqvaqvam concipitur.

2) Ut ſectiones carinæ ſev partis navium aqvas ſubituræ transverſales ſectioni ampliſſimæ & ſectiones verticales plano diametrali ſimiles ſint & æqvales, adeoqve ſectiones horizontales ſectioni ampliſſimæ ad minimum adfines,

3) Ut naves oceano commiſſæ, qva fieri poteſt, ſitum teneant erectum adeoqve planum diametrale, qvo in duas partes æqvales, dividuntur, ſit verti-

cale, amboqve navium latera tam ratione figuræ qvam ponderis æqalia conſtruantur, ita ut in neutrum latus inclinent; cum vero prora puppi disſimilis ſit conſtruenda, defectum inde oriundum oneratio navium ſupplebit.

4) Ut centra gravitatis ſectionum horizontalium, ideoqve centrum gravitatis ſectionis aqvæ, centrum gravitatis navis, & centrum magnitudinis carinæ in eadem recta verticali ſint ſita.

5) Ut latitudo carinæ ad aqvæ ſuperficiem ter vel ad minimum bis profunditatem ſuperet, ita ut poſita altidudine carinæ in navibus diverſæ magnitudinis, in qvibus intervallum inter centrum gravitatis & centrum magnitudinis æqvatur ſemiſſi profunditatis carinæ 10. 8. 6 vel etiam 4 ped. latitudo ponenda ſit circiter 28, 22, 18, 13 ped. Cum vero ſtabilitas navium ſimilium creſcat in ratione qvadruplicata laterum homologorum vires vero inclinantes ad ſummum in ratione triplicata, qvo majores ſunt naves, eo minori ſtabilitate, indigent; creſcit porro ſtabilitas navium eo magis qvo profundiorem ſedem obtinet centrum gravitatis, adeoqve cum onera ſpeci

fice

fice graviora in imo loco ponuntur vel cum ſectio aqvæ magis dilatatur; imo qvavis onerum impoſitione intra & ſupra aqvæ ſuperficiem, ſi modo horum diſtantiæ ab aqvæ ſuperficie non ſuperet $\frac{1}{3}$ profunditatis carinæ.

6) Ut ambo navium latera ſupra aqvæ ſuperficiem qvam minimum divergant, ideoqve ſectioni aqvæ ad perpendiculum inſiſtant, ita ut centrum gravitatis curvaturæ in axin longitudinalem incidat, unde facta inclinatione diminutio ſectionis aqvæ non ſit ſenſibilis; interim qvo majores ſunt naves eo minor eſt inclinatio cæteris paribus (n. 5.).

7) Ut latera navium infra aqvæ ſuperficiem ad proram lente admodum convergant, ideoqve ut ſectiones horizontales in hac navium parte qvaſi in cuſpidem abeant, donec in imo tandem loco omni careant latitudine, qvo facilius nimirum vim ſuam exerere poſſit gubernaculum, cujus longitudo profunditati ad qvam navis immergitur, latitudo parieti navium cui annectitur ſint æqvales, inter utramqve vero juſta adſit proportio. Qvoniam tamen pars gubernaculi qvæ ex

 aqvis

aqvis eminet ad convertendam navem nil facit, majorem inferiori ejus parti qvam ſuperiori tribuenda eſſe latitudinem abunde patet.

§. 32. Triremes ſ. naves remis inſtructæ a navibus qvæ velorum ope promoventur, non tam ratione virium propellentium qvam internæ ſtructuræ, utpote qvum ad curſum obliqvum non adhibeantur, admodum differunt; In his itaqve perficiendis danda inprimis eſt opera.

1) Ut ſpina & contignatio navium proram puppimqve verſus vehementer fortes conſtruantur, ita tamen ut intervallum inter centrum gravitatis utriusqve & inter centrum magnitudinis carinæ qvam minimum efficiatur.

2) Ut qvo longiores ſunt naves eo fortiores conſtruantur: At vero ſatis adhuc robuſtæ conſtrui poſſunt, ſi longitudo ad latitudinem rationem teneat ſextuplam.

3) Ut aucta longitudine latitudo & profunditas diminuantur ita tamen ut illa ad has rationem dupla non minorem retineat,


4.) Ut ſectiones horizontales deorſum captæ, vix qvod ſentias, anguſtiores reddantur, adeoqve ſectiones verticales eandem fere ubiqve latitudinem retineant, ad extrema vero proræ fundiqve navium ſubito ſed æqvali curvamine inflectantur & ad ſpinam navis aptentur, ita ut fundus navis non multum a plano horizontali diſcrepet.

5.) Ut ſectio aqvæ proram verſus, ſenſim diminuta ejus latitudine, ſatis lente convergat. Sectio vero amplisſima a figura rectangulari qvam minimum differat ita tamen ut ad extrema fundi figuram recipiat obtuſam (n. 4). Sectiones horizontales qvod ad reliqvam ſtructuram adtinet, vel ſectioni aqvæ vel qvod eodem redit ſectiones verticales ſectioni ampliſſimæ parallelæ adfines conſtituantur (§. prægr. n. 2.).

§. 33. Naves qvæ ſola vi ventorum in vela provehuntur, non minus ad curſum obliqvum qvam directum conformari debent; qvare in his perficiendis notanda ſunt

1.) Longitudo in navibus grandioribus latitudine qvadruplo major in mino-

 ribus



ribus minor assumatur. Altitudo autem carinæ semissem latitudinis nunqvam excedere debet.

2.) Centrum gravitatis navis commune qva fieri potest deprimatur qvod partim structura navis interna partim onerratione asseqvimur (§. 31. n. 5.) Sectionibus vero transversalibus figura tribuatur semi circularis.

3.) Cum fundus navium horizontalis in cursu obliqvo nil valeat, sursum aliqvantum vergat oporter.


4.) Figura sectionis amplissimæ transversalis sit segmentum circulare (n. 2.) latitudo autem proræ in sectionibus transversalibus majorem habeat rationem ad ejus altitudinem qvam in ipso corpore navis, adeoqve altitudo sectionum verticalium proram versus fiat aliqvanto minor, dum latitudo proræ decrescit in ratione minore. Hinc sectio horizontalis ad aqvæ superficiem proram versus obtusa magis reddatur qvam sectio verticalis per mediam navem ducta, ita ut ratio latitudinis proram versus ad profunditatem continuo major evadat, adeoqve figura proræ obtusa satis constituatur

tuatur sed aliqvantum acclivis & elevata cum resistentiam aqvæ eo facilius superet, qvo minor est angulus qvem superficies aqvæ & figura proræ constituunt.

5.) Sectiones horizontales sub aqva continuo decrescant ita ut ad spinam navis proræqve arcu circulari terminentur.

6.) Distantia malorum æqvetur latitudini velorum divisæ per tangentem anguli sub qvo ventus in vela spirat obliqvi 45°. veletiam 60°. Posita igitur latitudine velorum $= b$ & tangente anguli dati $= t$, erit distantia inter duo vela $= \frac{b}{t}$ pro definiendo autem numero malorum convenientissimo dividatur longitudo navis per qvam vela extendere licet $= a$ per distantiam datam $= \frac{b}{t}$ qvo facto prodibit qvotus qvi numerum malorum aptissimum indicat $= 1 + \frac{at}{b}$ cum in cursu obliqvo ad qvem cjusmodi naves non minus qvam ad directum conformari debent, numerus malorum unitatem

nun-



nunqvam non ſuperet: Pro definiendo igitur toto navium intervallo per qvod vela extendere licet, addantur omnium velorum latitudines. & a ſumma ſubtrahatur dimidium primi & ultimi; reſiduum monſtrabit intervallum qvæſitum.

7.) Altitudo malorum definiatur ex centro velorum, puncto nimirum qvod oritur cum media directio aqvæ in proram irruentis & recta verticalis per centrum gravitatis ducta ſe mutuo ſecant. Sit itaqve profunditas carinæ = ab & intervallum inter ſuperficiem aqvæ & centrum velare = cd erit aptisſima malorum altitudo = ab $+ \frac{5}{2}$ cd.

8.) Vela, qvorum 1.) ſuperficies ſit plana probeqve lævigata, qvo facit ut pice vel colore qvodam craſſo oblinantur, 2.) ſitus qvo horizonti ad perpendiculum inſiſtant & ad utramqve malorum partem peræqve extendantur. 3.) Figura qvæ velis ſuperiora verſus paullo arctior triangulo Iſoſceli haud abſimilis inferius vero qvam latisſima tribuatur. Ita ut in navibus grandiori-

dioribus latitudinnm navis bis ſuperet: 4.) Diſpoſitio qvæ pro diverſa venti plaga admodum differt; Omnis enim navis vel vento pleno v. dimidio v. deniqve contrario vehitur; Qvodſi ergo ventus a puppi ſpirans angulum 60°. non ſuperet curſum navis directum tenet velaqve ad axin longitudinalem erunt normalia; qvam primum autem ventus ultra 60°. usqve ad 112. a puppi declinaverit navis dimidio vento promovetur. Poſitis ergo angulis qvos ventus cum axe navis longitudinali conſtituit $61\frac{33}{60}$. $68\frac{46}{60}$. $76\frac{33}{60}$. $85\frac{13}{60}$. 90°. vel etiam 107°. pro ſingulis commode diſponentur vela ad ang. 80°. 70°. 60°. 50°. 45°. 40°. 30°. ad proram inclinantes. Qvodſi autem venti directio angul. 112°. ſuperaverit navis fertur vento tantummodo contrario & tunc ſi ventus $119\frac{1}{2}$°. ponatur qvem majorem ſæpe ponere non licet vel etiam 124°. vela cum axe conſtituent angulos $22\frac{1}{2}$°. & 20°. patet autem non ſtatim ac angulus ex. gr. 61°. qvo plagam venti indicare volui, minor fuerit vela ad ang. 80°. diſponi debere ſed perpetuo dari angulos inter medios ad qvos ut curſu navis celerrimo vehatur diſponenda ſint vela; qvid? qvod ad diſpo-

dispositionem velorum convenientissimam cursumqve navium velocissimum. resistentia navium lateralis & structura interna qvam plurimum faciunt; Cum qvo longiores sunt naves manente eadem latitudine, eo facilius cursum obliqvum perseqvantur. Cæterum ex his qvæ de navibus demonstravimus absqve multo ratiociniorum apparatu patet 1. rationis non esse, ut eandem omnibus in Islandia navibus, qvibuscunqve demum usibus sint destinatæ, figuram adscribant, unde nostratium est 2. ut architecturam navalem ipsi addiscant vel exteros qvi sunt periti artis in patriam alliciant; nisi utrumqve ad palatum magis arrideat.

§. 34. Qvamvis navium, qvæ Veteribus Islandis usu erant receptæ, nec vola nec vestigium amplius superest, certo tamen constat & plures & meliores olim in usu fuisse, qvam qvibus nostrates hodie utuntur: Erant autem vel *majores* qvibus scilicet ad exteros vecti mercaturam facere solebant; & qvæ communi nomine vocabantur hafskip, haffarskip, kaupskip & qvidem Skip κατ' ἐξοχὴν qvod ultimum nomen in historia patriæ, ubi de navibus majoribus est sermo, qvam sæpissime occurrit. Vel *minores* qvas

qvas piſcaturæ & commeatuum minorum uſibus potisſimum deſtinaverant. Ad majores pertinent.

1.) *Knör*, ſingularis navium mercatoriarum ſpecies, ſed nulli, qvod conſtet, in Islandia antiqva, magnitudine inferior, de cujus uſu Vid. *Laxdæla Saga* Cap. 26. & 72. *Eyrbiggia Saga* Cap. 50. *Grettis Saga* Cap. 40. *Bandamanna Saga* imp cet.

2.) *Gammr*, opponitur hæc navibus piraticis vulgo *Langſkip;* nomen vero ſa vulture cujus effigium portabat, accepit. *Nials Saga*. Cap. 88.

3.) *Byrdingr*, navis diverſæ magnitudinis, major nimirum, cujus antiqvum in patria uſum commemorat *Nials Saga* Cap. 180. & minor de qva infra §. 37.

4.) *Feria*, qvæ magnitudine iterum differt; majorem ejusmodi navem peregrinationibus & commeatibus minoribus internis deſtinarunt. Prioris uſum monſtrat Exſcriptum membranæ Skalholtenſis ad ann. 1632. poſteriorum vide §o. ſeqventi.

5.)

5.) *Buſſa*, cujus nomen a forma ampliori carinæ derivat Vidalinus in *Comment. Leg. Island* ſub phraſi *Seſſum at telia*. De uſu ejus in patria Vid. *Exſcr. membr. Skalholt.* ad ann. 1405.

6.) *Dugga*, qvo nomine naves exterorum (*Huhkerter*) hodie etiam inſignire ſolent noſtrates. De antiqviſſimo ejus in Islandia uſu nil invenio ad majores tamen certo referendam eſſe, tam ex §o. 28. ſect 2. qvam ex hodierno loqvendi uſu abunde patet. Sed præter dictas naves alias adhuc poſſederunt Veteres Islandi, qvibus piraticam potiſſimum fecerunt. ex. gr. *Langſkip* de qvibus plurima ex veterum monumentis exempla in medium proferre poſſim. Sed ſufficiet unicum qvod exhibet *Nials Saga* his verbis „Gunnar helt ör Auſtrveigi met ſe mi„klo, hann hafdi 10. Skip ok helt þeim „til Heidarbæar i Danmörk ɔ: *Gunnarus de Hlidarenda magna opum copia decemqve navium claſſe instructus e mari Balthico Heidarbæum in Dania appulit.* Conf. Cap. 33. ubi Gunnerum, Regi Daniæ Gormio unam ex his navibus *Langſkip* dictam dono dediſſe teſtatur hiſtoria citata. Sed pluribus adhuc navium majorum ſpeciebus

uſi

usi sunt Norvagi, qvæ tamen non sunt hujus loci, harum præcipuæ erant. *Dreki Drómundr, Karsi Kuggi, Briama, Skeid, Galeidr* cet.

§. 35. Naves Veterum Islandorum minores erant.

1) *Feria* a vehendo sic dicta qvam commeatibus minoribus ut plurimum adhibuerunt *Þordar Hrædu Saga. Bandamanna Saga Eyrbiggia Saga Þorgeirs ok Þormodar Saga. Laxdæla Saga.* Supra all. §is.

2) *Skuta* cujus nomen inde derivat Vidalinus qvod in prora puppiqve constrata fuerit; magnitudine interim valde differt. Pro majoribus una vel altera Orcades v. Sudureias e Norvagia accessuris argumentum adfert *Sverris Saga.* De minorum in Islandia usu vid *Grettis Saga* cap. 74. *Nials Saga* cap. 11. *Havards Saga Issyrdings, Sturlunga Saga* 27 cap, part. 8. cet.

3) *Byrdingr*, ob ligna adscititia pro augenda magnitudine undiqve superaddita singularis structuræ navis cujus antiqvum in Insula usum monstrant *Lax-*

Laxdœla Saga cap. 76. *Gluma* cap. 27. *Gisla Saga Surſonar* cap. 9. cet. Pluribus qvidem ejusmodi navigiis uſi ſunt Veteres Islandi ex. gr. qvinqveremibus cet. cum qvibus naves Islandorum hodiernæ nomen ſaltem commune ſi non formam, adhuc habent Vid *Sturlunga Saga. Grettis Saga, Eyrbiggia Saga* cet.

§. 36. Cum ergo perfectioribus ejusmodi navibus, qvarum §. 35. & ſeqq. facta eſt mentio, noſtrates hodie indigeant, de his ante omnia ſibi proſpiciant neceſſe eſt, id qvod duplici ratione fieri poteſt, emendo ſcilicet aut ipſas naves aut materiam unde exſtruantur; Licet vero ſi prius e re magis viſum fuerit, minori forte pretio, non nunqvam comparari qveant, nihilo tamen minus, ut naves ex integro conſtruant, ſatius duco; Sic enim non tantum operariis debita ſalaria qvibus vitam ſuſtineant incolis integra manent, verum naves ad uſus qvoslibet magis adcommodatas, modo artis periti ſint incolæ, & qvidem commodius in patria comparabunt; Utcunqve res ſe habeat, certum eſt veteribus Islandis utrumqve fuiſſe in uſu, licet naves ſæpius rarius materiam comparaverint; In patria vero naves emerunt vel ſuo qvisqve marte vel conjunctis viribus, Sic Floſi in Norvegiam abiturus

rus navem a Thrundhiemensi quodam emit Nials Saga cap. 169. Sic *Thorgilsus* in *Grönlandiam profecturus navem Leyruvogi comparat Floamanna Saga* cap. 20. Sic *Thorleikus fundis venditis emtaqve Dagvardarnesi nave peregre proficiscitur Laxdæla Saga* cap. 36. Conjunctis etiam viribus rem sæpe aggressi sunt; Sic *Carolus navis in Tractu Skagafiord cum Bardo quodam particeps factus in Norvagiam & inde in Daniam proficiscitur Svarfdæla Saga* cap. 35. Sic *Kiartanus cum Kalfo de navi participat, communique lucri & damni societate inita in Norvagiam transmittit Laxdæla Saga* cap. 40. Sic *Bollo cum fratre emta* in Tractu *Borgfiordensi nave in Norvagiam proficiscitur Laxdæla Saga* 75. Sic *Arnkillus & Wemundus Dagvardarnesi una navem emunt Eyrbiggia Saga* cap. 12. Sic *Otto navis particeps factus cum exteris mercaturam exercet, Bandamanna Saga*; In terris peregrinis naves etiam præsenti pecunia compararunt. Sic *Carolus navem mercibus oneratam in Dania comparat, Svarfdæla Saga* cap 74. Sic *Eiolfus & Thorgeirus, nave, qvam in Norvagia emerunt, in patrium redeunt*, Þorgils ok Þormodar *Saga*; Interdum qvoqve de navibus cum exteris extra patriam participarunt Vid. *Laxdæla Saga* cap. 72. *Gisla Saga Surfonar* cap. 8. cet.

§. 37. *Materia* ex qva naves construxerunt Veteres Islandi, erat vel *Indigena* v. *peregrina;* pro materia indigena argumento sit *Svarfdæla Saga.* „Enn Skip þat „hafdi gert Verit uppi Tungunni on var þar „hogvinn vidurinn þvi þar var Skógr mikill, „enn til Kialarinns var hofd Eyk sú er ftód „i Eykibrecku; Skip þat var kallat Islendingr, „enn er Skipit var algert, var þat færtofann „eptir Yfúm um vetrinn gegnt Hofi; ok letu „þar ftanda Skipit ok fkordudu; heitir þar „Skordumyri fidann; enn á því Skipi hefr „Karl utan farit„. ɔ: *Exftructa fuit hæc navis in Tractu Svarfdælenfi, ubi Tungam vocant, ibique ligna ad ædificandam navem cæfa fuere. Erat enim tunc temporis hoc loco fylva ingens & admadum denfa; ad carinam vero utebautur quercu in clivo quem inde quercetanum vocarunt reperta; Vocata fuit hæc navis Islendingus, quam, ut ultimam manum impofuerant, per glaciem hybernam Hofum verfus deductam in loco Skordumyri exinde vocato palis circummuniebant; Hac ipfa nave Carolus poftea peregre profectus eft.* Nec his multum diffimile exemplum narrat *Landnama Saga* his verbis „Madr het „Avangr Irfkr at Kyni, hann bygdi fyrft í „Botni — þá var þar fva ftór fkógr at „hann, gerdi þar af Haffkip ok hlód þar „fem nu heitir Hladhamar. ɔ: *Vir qvidam Avangus natione Irlandus Botnum primus occupavit,*

occupavit, ubi tanta tunc temporis sylva exstitit, ut ex lignis ibidem cæsis navem trajiciendo undique oceano parem exstrueret, qvam & mercibus, ubi Hladhamar hodie vocant, oneravit. Neqve naves tantum majores sed & ædes ex lignis indigenis construxerunt. Sic enim Laxdæla Saga „ok á því sama „Hollti let Olafr Bæ gera af þeim Viduin en „þar voru hoggnir i Skoginum ok af Rekavidi, þessi Bær var mikill ok reisuligr o: *In hoc ipso colle prædium exstruxit Olavus ex lignis in vicinia cæsis aliisque ex mari in littora ejectis; erat hoc prædium ingens & conspicuum.* *Cfr. Eyrbiggia Saga* cap. 23. *& Gluma* cap. 19.

§. 38. Sunt hæc potissima pro majoribus in Islandia sylvis argumenta; non obstant tamen qvo minus ligna ad construendas & reficiendas ædes necessaria ex terris peregrinis sæpenumero in insulam asportaverint, Qva de re inter plurimas Vid. *Nials Saga* Cap. 108. *Laxdæla Saga* Cap. 72. & 77. *Þorgeirs ok Þormodar Saga* Cap. 2., Gluma Cap. 19. Utcunqve res erit, nullas ejus generis sylvas majores in patria amplius reperies; Neqve nostratibus nisi modica lignorum qvæ e mari in littora ejiciuntur, copia hodie superest, qvæ an & qvomodo navibus exstruendis inserviat, prudentes architecti videant.


§. 39. Ex materia *peregrina* vel in patria vel extra patriam naves ædificarunt veteres Islandi; Prius ex *Hungurvaka* colligimus. „Fiórdi þeirra Bródir var *Sr. Jon* „*Eirikiſon* i *Vatnsfyrdi*, hann hafdi ſmydat „haffært Skip ok hafdi til Saumſins 3. Jarnföt ɔ: *Qvartus frater erat Dn. Johannes de Vætnsfiord, hic navem, qvæ Oceanum pertranſiret, exſtruxit, tribus ferri amphoris in clavos inſumtis;* Idem fere de Petro Epiſcopo *Holenſi* teſtantur *Annales Schalholtini* ad ann. 1374 qvi navem ex lignis qvæ a Nomophylace Thorſteino accepit, exſtruendam curavit & de *Solveiga de Vatnsfiord,* qvæ nave, ad ann. 1401. qvam communibus cum antiſtite *Schalholtenſi* impeuſis exſtrui fecit, in *Daniam* navigavit; Et *Exſcriptum membranæ Schalhóltenſis* ad ann. 1374. de *Holenſium* Antiſtite *Johanne*, qvi nave, qvam in Islandia exſtruxit, Mariæqve Virgini dicavit in *Norvagiam* profectus eſt; Nec pro navibus Islandorum in *Norvagia* exſtructis exempla omnino deſunt; antiqvisſimum eſt *Thori* de qvo *Grettis Saga.* „Þórir ſkeggia ſon „lætr Sigurd Biſkup vygia Knör þann er „hann let gera i Noregi. ɔ: *Thorus Skeggii navem qvam in Norvagia exſtruxit, ab Epiſcopo Sigurdo conſecrandam curavit.* Haud disſimile de Epiſcopo *Skalholtenſi Vilchino* teſtatur *Exſcriptum cit.* ad ann. 1405, qvi navem qvam *Biſkupsbuſſam* vocarunt,

carunt, in *Norvagia* exſtruendam curavit & de *Arna Skalholtenſium* Epiſcopo ad ann. 1415. qvi ea ipſa nave qvam in *Norvagia* exſtruxit, in patriam revertit.

SCHOL. Verum enim vero omnes ejusmodi naves majores qvas vel pretio emerunt vel exſtruendas curarunt veteres Islandi, finitis commerciis æſtivis, conſtructo hunc in finem navali, funium ope in aridum ſubduxerunt; qvod & idem fecerunt mercatores exteri qvoties in inſula hyemarunt, qva de re inter plurimas vid. *Floamanna Saga* Cap. 32. *Nials Saga* Cap. 6. & 98. *Bandamanna Saga*, *Þordar Hrædu Saga* Cap. 5. *Laxdæla Saga* Cap 17. Þorgiers ok Þormodar Saga Cap. 12. Hungrvaka cit. §. 28. cet.

§. 40. De navibus hactenus; redeo ad nautas qvorum partes incolæ maximam partem obibunt: commeatibus enim internis minoribus navalibus æqve ac terreſtribus inſtituendis plene ſufficiunt; in majoribus, modo via ſit longior & navigatio periculoſa, qvemadmodum in externis qvibusvis, ſciente gubernatore uno aut altero uti conveniet, reliqvorum vice fungantar incolæ, tum ut artem navigandi addiſcant, tum ut his debita qvæ promereri poſſunt, maneant ſalaria; Nec incolarum paucitas valde obſtat, cum ad commeatum terreſtrem pluribus, paucioribus ad navalem uti liceat. Qvamvis autem veteres artis navigandi, uti eam

 hodie,



hodie tradunt, imperiti fuerint, nihilo tamen minus, longo rerum ʃuʃu, qvem nunc in patria deʃidero, edocti, rem feliciter aʃʃecuti ʃunt. Nautis etiam ad commeatus internos incolis a) ut plurimum, in commeatibus externis tam incolis b) qvam exteris c) promiʃcue uʃi ʃunt, tum ob freqventiʃʃima cum his commercia, tum qvia communem in mercando lucri damniqve ʃocietatem ʃæpius inierunt.

§. 41. Portus in Islandia natura plurimi non arte facti ʃunt. Qvibus cum in omni commeatu navali nil ʃit prius nil antiqvius, & per longum hinc inde ʃpatium importuoʃa ʃit inʃula v. gr. in Islandia *auſtrali* & *orientali* ubi tamen commeatus terreʃtris ob intervenientes fluvios aliaqve viarum obʃtacula admodum difficilis, reliqvi autem portus, ʃi paucos exceperis, ad ʃtationes hybernas parum ʃint idonei, novis forte de integro conʃtituendis vel reficiendis ʃaltem qvibusdam erit opus. Qvod nec ignoraʃʃe veteres Islandos exemplo *Thorbiorni* docet *Havards Saga Isfyrdings*. „Var þar gott at „at leggia ʃyrir þvi at Þorbiörn hafdi látit „gera þar Höfn goda; hann hafdi ok látit „rydia

a) Vid. Sect. 2.
b) *Nials Saga* Cap. 169.
c) *Laxdæla Saga* Cap. 83. *Þórdar Hrædu Saga* Cap. 9. cet.

„rydia ok reinſa alt inn at Landi; var þar „Addiup mikit. Mátti þar flióta Skúta edr „ſtærra Skip; þurfti þar eingi Madr votr at „verda af Skipi edr á hvert er var meira „Skip edr minna; enn upp yfir var Malar- „kampr hár; fyrir ofann Kampinn ſtód Hor- „danauſt mikit ok var vel umm horfit. Til „annarar handar var Lón mikit; fyri ofann „Kampinn frá Nauſtino ſá eingi í Fioruna. ɔ: *Facilis erat ad ripam adpulſus; portum enim optimum Thorbiörnus conſtituerat quippe qui fundum maris alluentis luto omni purgavit. Tanta hinc ad ripam altitudo ut navis vectoria v. itidem major pro lubitu adnatare poſſet. (Quo vero nautæ naves facilius ſubducerent), ſubſtratæ erant in littore balænarum coſtæ extremitatibus utrinque fixis; unde quivis navem, ſive major fuerit, ſive minor ſicco pede & conſcendere & in terram exſcendere potuit; Supra ripam eminebat collis avenoſa, & pone collem navale ingens & conſpicuum. Ad alterum latus lacuna ingens adjacuit; proſpectum vero e navali in littus collis illa arenoſa intercipiebat* cet. Qvæ & ſimilia ut hodie imitanda ſibi proponant noſtrates, ubi importuoſum eſt litus, opportunitas locorum favet, cætera vero uſus exigit, haud abs re eſſe judico. Diſpiciant ſaltem an & qvomodo navium receptacula hodie in vulgus ignota, qvibus veteres mercatores Islandi & exteri toties

usi sunt, de novo retractari & ad publicos usus accommodari qveant; Horum potissima sint.

In Islandia Boreali.

Midfiordr Laxdæla Saga. Cap. 17.
Blónduáros. ead. Cap. 13.
Þorgeirsfiordr Bandamanna Saga.
Siglufiordr Svarfdæla Saga. Cap. 29.
Kolbeinsárós. ead. Cap. 35.
Hraunhöfn Eyrbiggia Saga. Cap. 32. &
Hraunhafnarós. Cap. 38.
Hunavatn Grettis Saga. Cap. 15. &
Húnavatnsós. ead. Cap. 35.
Gásir in Sinu *Oefiordensi.* Cap. 39.
Gaunguskardsárós. Cap. 87.

In Islandia Orientali.

Kroffavyk Drápllaugarfona Saga. Cap. 14.
Unaós þáttr af Brandkrossa.

In Islandia Australi.

Grimsárós Þorgeirs ok Þormodar Saga. Cap. 22.
Arnarbælisós Nials Saga. Cap. 30.
Hvitá in Sinu *Borgfiordensi.* eod. Cap. 2.
Knararsund Floamanna Saga. Cap. 12.

Ley-

Leyruvogr. ead. Cap. 20.
Nordrá Þorgeirs ok Þormodar Saga. Cap. 12.

In Islandia Occidentali.

Haukadalsárós in Sinu *Dirfiordensi Gisla Saga Surfonar.* Cap. 9.
Dagvardarnes Laxdæla Saga. Cap. 9.
Laxárós. ead. Cap. 15.
Bordeyri. in Sinu *Hrutafiordensi.* Cap. 25.
Gufuaros. Cap. 40.
Straumfiordr Þorgeirs ok Þormodar Saga.
Vadill in ora maritima *Bardarströnd Laxdæla Saga.* Cap. 54.


§. 42. Hæc de portubus; venio ad emporia in qvibus mercatores & opifices habitent, unde & qvo merces exportentur & invehantur cet. qvibus cum hodie nostrates careant & inde ab occupata insula nunqvam non caruerint usum eorum in omni commeatu interno & externo haud comparandum ab inferis excitabo. Enim vero si internum respicias, opera artis omnia, qvibus deficiuntur incolæ, & qvæ ab exteris qvot annis in insulam adportantur, qvinimo plura, qvam hactenus, ne dicam probiora, opifices in patria conficere, incolisqve minori pretio vendere possunt ac debent. Opera naturæ ex qvibus opificia parantur, sal-

tem numero plura qvam hactenus ab incolis comparabunt, qvæ & iterum in insula exportanda & distrahenda sunt. Qvod ad externum adtinet opera naturæ v. artis qvæ vel insulæ natura non patitur vel ars heic perficere neqvit, plura & meliora, qvam vulgo fieri solet, mercatores domestici vel alii in patria permansuri ab exteris adportare debent. Sed cum his mercibus peregrinis commutabunt 1.) *opera artis, qvæ tamen omnibus numeris absoluta esse debent,* 2.) *opera naturæ qvæ arte perficere non possunt; nisi opera naturæ, qvæ ab exteris adportare necesse habent, cum illis commutata, facilius & commodius parare possint opifices in patria habitantes; merces tamen indigenas eo exportent, incolæ, ubi carissime, peregrinas inde adportent, ubi vilissime constant, necesse est.* Qvæ cum ita sint, ædificiorum in qvibus merces exportandas & invehendas recondant, in qvibus mercatores & opifices sedem & domicilium rerum omnium constituant cet. ideoqve emporiorum tam ratione mercaturæ internæ qvam externæ usus satis superqve patet. In hoc ergo reprehensionem non fugiunt veteres, qvod de emporiis in patria constituendis, in primis dum eorum commercia cum exteris adhuc steterant, & libera erat res Islandorum publica, nunqvam cogitaverint. Etenim tam mercatores exteri qvam domestici postqvam

vere in insulam appulerunt; positis in litore tabernaculis a), iisdem plane ac olim in conventu insulæ generali usi sunt & hodie nostrates utuntur, per integras fere æstates commercia cum incolis habuerunt; Senescente æstate mercatores exteri alii oram solverunt, alii apud incolas, & id qvidem sæpius, diversati sunt b), proxima navigatione iterum discessuri; Mercatores domestici alii alternis vicibus in patria terrisqve peregrinis hyemarunt c); alii egentiores inprimis & juniores qvo mercaturam plenius addiscerent per complures sæpe annos cum exteris commorati sunt d), sed re tandem navibusqve aucti domum redierunt. De terris peregrinis in qvibus negotiati sunt veteres v. gr. *Dania Norvagia Britannia Svecia Holsatia* aliisqve terris mari balthico vicinis, de *mercibus Islandorum indigenis & peregrinis*, de *progressu* & *interitu ejusmodi commerciorum* cet. *mercaturam Islandorum antiqvam & hoodiernam* expositurus alia forsan vice si vita viresqve suppetant, pluribus dicam.

SCHOL.

a) *Nials Saga* Cap. 2. *Grettis Saga* Cap. 32. & 39. *Þordar Hrædu Saga* Cap. 6.
b) *Grettis Saga* Cap. 14. *Eyrbiggia Saga* Cap. 12. *Gisla Saga Surssonar* Cap. 7. Gluma Cap. 1.
c) *Þorgeirs ok Þormodar Saga* Cap. 2. *Grettis Saga* Cap. 32.
d) *Hrafnkels Goda Saga*, Grettis Saga Cap. 15. & 40. *Bandamanna Saga* cet.



SCHOL. Non prætereunda tamen ſunt hoc loco emporia terræqve peregrinæ cum qvibus ut mercaturam more veterum exerceant noſtrates utile & percommodum eſt; Ad has refero terras qvaslibet circumjacentes inſulæqve proximas Norvagiam Scotiam Angliam itemqve partem imperii Ruſſici; Neutiqvam tamen unius viciniæ ducenda eſt ratio, qvin pretium qvod mercibus exportandis & invehendis conſtituitur earumqve bonitas & uſus in cenſum ſimul veniant; Neqve certe periculum eſt, ne merces Islandorum indigenæ in terris peregrinis diſtrahi poſſint, cum vel in præſenti ab exteris in pretio habeantur, magis vero qvam hactenus, qvod nemo facile in dubium vocabit in poſterum arte perfici numeroqve augeri poſſint.

§. 43. Commeatum terreſtrem æſtate ſæpius rarius hyëme noſtrates inſtituunt. Licet vero æſtivum tempus ad inſtituendum commeatum omnium ſit convenientisſimum, ob graviorem tamen annonam, qvæ haud raro contingit, & hinc ob variarum rerum utilium & neceſſariarum penuriam, non ſine magno incolarum incommodo hyeme intermittitur. Ad vecturam qvidem terreſtrem ſolis jumentis utuntur; ſed hæc rhedis aut vehiculis, hyeme inprimis ubi loca ſunt plana, niveqve aut glacie obrigata more veterum adjungere poſſent. Commeatu navali interno vix unqvam utuntur, niſi qvum terreſtre iter deficit, qvo tamen tam hyberno qvam æſtivo tempore, præſertim ubi diffi-


cuiter

culter terra trajicitur, commodius uti poſſent. Commeatus navalis externus, cum hyemem vix patiatur, æſtate, ſed e terris proximis, ſemel atqve iterum forte inſtitui poſſet. Omnis interea commeatus ex longinqvo parcius ſæpius ex vicinia peragatur neceſſe eſt. Ita enim veteres, qvi ſingulis anni tempeſtatibus, non tantum rhedis & vehiculis ſed etiam navibus, ubi tamen terra trajici poterat, ſæpius uſi ſunt, commeatum navalem externum hyëme nunqvam, ſed bis æſtate interdum inſtituerunt a).

§. 44. Plurimā cnmmeatus terreſtris præ navali incommoda, ubi perlongum eſt iter vaſtaqve rerum transportandarum moles, partim ex vitio, qvod merces transportandæ in via contrahunt, partim ex utenſilium & jumentorum clade, partim deniqve ex majori hominum transportantium numero temporisqve diſpendio §. 10. & 11. ſupra oſtendi. Sed ultimum hujus illudqve gravisſimum præ navali incommodum in juſto majoribus ſumtibus poſui; qvod ut demonſtrem, rationes primo in terreſtrem de qvo ſupra, deinde in navalem ejusdem voluminis, ſubducam oportet, impenſas ne plus juſto augeam nec imminuam mediam in ratiocinando annonam ſecuturus.

a) *Biarnar Saga Hytdælakappa* Cap. 7.

§. 45.



§. 45.

Ratiocinatio

in

Commeatum terreſtrem Borealium, poſito nimirum piſcium transportandorum numero = 12000. in cenſum heic veniunt.

	Imp. Sol. m. d.
a) Salaria hominum 14. qvi a commeatibus erunt per 4 heudomades eorumqve	= 56. + 62.
b) Victus	= 19. + 76.
c) Merces eqvorum	
α) Jugalium 122. β) Viatoriorum 28.	= 106. + 24.
d) Pretium pro eqvis 3 enectis & plagis adfectis ſolvendum	= 8. + 48.
e) Merces utenſilium	
α) Funium 120.	= 21. + 75.
β) Stragularum 130.	= 3. + 90.
γ) Clitellorum 152.	= 15. + 12.
δ) Compedum 160.	= 1. + 70.
ε) Tentoriorum 2.	= 1. + 6.
ζ) Ciſtarum	—— 64.
f) Soleæ 150.	= 24. + 84.
g) Viaticum	= 4. + 24.
In Summa	264. + 59.

§. 46.

§. 46. Qvodſi idem volumen mari trajecerimus, calculi ſeqventem in modum ſubduci poſſunt; poſito nimirum 3 heudmadum ſpatio.

	Imp. Sol. m. d.
a) Salaria nautarum 8.	= 31. --
b) Victus.	17. --
c) Naulum.	31. ✠ 24.
d) Reliqva pretio emenda v. mercede ſaltem conducenda	20. --
Summa	99. ✠ 24.

§. 47. Pretium eqvorum in priori qvemadmodum navium in poſteriori calculo in conſiderationem non venit, qvippe qvod a lucro fructuve omni ex navibus jumentisve percipiendis ſubtrahendum eſt. Qvoniam vero ratio commeatus terreſtris communi incolarum uſui innititur navalis non item, ne qvid difficultatis amplius habeat ratiocinatio ſecunda, pono ſalaria nautis debita victusqve duplo majores adeoqve 96 imp. pono naulum reliqvaqve pretio emenda v. mercede condiuenda dimidio majora adeoqve $76\frac{84}{96}$ imp. (qvæ tamen ſi omnia ordine fiant, poni neqveunt). Ex qvo ſeqvitur commeatum navalem $172\frac{84}{96}$ imperialibus conſtiturum eſſe, adeoqve terreſtrem navali

$91\frac{75}{96}$

91⅞ imp. sumtuosiorem fore. Sed jam reliqva hujus præ terrestri commoda, de qvibus supra dictum est, hoc loco insuper repetenda sunt.

§. 48. De ratione instituendi & dirigendi commeatus navalis hæc hactenus; Superest ut de mediis qvibus hodie in patria instituatur, paucis disseram, idqve eo magis, qvo difficilior, nostraqve attentiône dignior res est, de qva una non est omnium sententia. Tria autem, ni fallor, subsidia heic locum inveniunt; Etenim si commeatus, utrum sit externus an internus, in optimum statum sit constituendus, proprio aut alieno marte res peragatur necesse est, ideoqve aut incolæ aut exteri aut deniqve tam incolæ qvam exteri rem suscipiant; cum vero tria hæc remedia sua habeat & commoda & incommoda, singula mox breviter, sed ordine exponam.

§. 49. Patet autem ex superioribus ad commeatum navalem externum ea qva par est ratione restituendum opus esse 1) *ut incolæ naves commeatibus aptas utilesqve exstruant, vel saltem mercede qvasdam conducant, simulqve periculum omne a navibus ne dicam mercibus, qva fieri potest, avertant,* 2) *ut nautas salariis qvæ his debentur, augeant,* 3) *ut qui commeatibus præsunt eosqve* diri-

dirigunt commerciorum sint periti, 4) *ut opera naturæ, qvæ extra patriam desiderari possent, non tantum magis qvam hactenus perficiant, sed & numero augeant, novaqve detegere studeant,* 5) *ut opera artis qvibus hinc inde deficiuntur exteri, ex operibus naturæ internis qvam plurimum, sed omnibus numeris absoluta, conficere totis viribus allaborent;* Ex qvo conseqvitur 6) *ut ædificia numero plura non tantum conservandis mercibus sed etiam opificum & mercatorum habitationi apta & accommoda exstruere adeoqve emporia in patria constituere necesse babeant.* Cave vero ne hinc colligas, commeatum navalem terrestri sumptuosiorem fore, cum sumtus qvi constituendis emporiis nec non operibus naturæ & artis perficiendis inserviunt non ad impensas eommeatus navalis proprie sed ad rem Islandorum bene ordinandam pertineant; præterea ejusmodi sumptus commeatus navalis, non magis qvam terrestris, si ea unqvam qva par est ratione sit instituendus, postulat. Ad commeatum navalem internum plene restituendum, præter sumptus in exstruendas naves majores & meliores qvam hactenus, nautasqve insumptos, opus est. 1) *ut opera naturæ, qvibus deficiuntur incolæ, ideoqve qvæ ab exteris qvotannis in insulam adportantur, qvæ tamen cæli soliqve constitutio patitur, in insula producant, qvæ vero domi adhuc inculta jacent, communibus hominum*

 usibus

usibus restituant, 2) *Ut opera artis quibus in universum indigent, ipsi conficiant,* unde seqvitur, 3) *tam qva commeatum navalem internum qvam externum emporiorum in Islandia usus.*

SCHOL. Usum mercaturæ nostratibus cum exteris exercendæ, a posteriori qvoqve confirmat experientia. Ex historiis enim constat, nunqvam meliori loco fuisse res Islandorum, qvamdum eorum commercia cum gentibus exteris salva adhuc erant; inclinantibus vero his commerciis res nostratium statim inclinare cæperunt, neqve in pristinum statum postea unqvam redierunt. Dolendum itaqve est, qvamdiu omnia manent in statu qvo jam sunt, nullam melioris fati spem superesse, sed qvo longius præsens rerum nostratium status durat eo miseriorem est futurum; dici enim vix potest qvantum publico privatoqve incolarum bono adversetur, regiisqve reditibus simul detrimentum adferat, qvantamqve pecuniæ summam per longam annorum seriem insulæ subduxerit: qvo factum est ut status rerum nostratium prosperrimus (sit venia verbo) benignitati annonæ ut plurimum, nostrorum vero operæ artiqve nil fere debeatur; Unde sæviente paululum annona in summum vitæ discrimen adducimur.

§. 50. Primum qvidem de restituendo commeatu navali consilium (§. 48.) nostratibus sine dubio qvam plurimum conducet, interim, qvi hæc qvæ §0. prægr. monui, diligenter animo perpendit, absqve ullo fere negotio

negotio videbit tot tantasqve heic difficultates adesse, ut ne vix ac ne vix qvidem superari qveant; Nostrates enim rem aggredientur vel per alios vel non, si posterius, primo commerciorum sunt imperiti, deinde sumptibus in emporia navesqve majores expendendis subsistere non possunt, nisi fundis forsan qvos in insula possident, pignori datis, pecuniam mutuo accipiant; sed sic rem plenam aleæ non sua sponte, sed inviti suscipient, unde res non in melius sed in deterius evadet. Qvodsi vero mittendo juniores in terras peregrinas commerciis operam dederint, mox eadem circa sumptus difficultas redit; Sin vero prius locum obtineat, per mandatarios rem agant necesse est; Sed sic sumptus non tantum plus justo augent, lucrumqve imminuunt, sed & aliorum fidei, qvorum remne bene gerant an secus, non interest, se facultatesqve suas leviter committunt; invitis vero nulla voluntas, nulla spes, nullusqve deniqve successus.

§. 51. Secundum de restituendo commeatu navali consilium facilius qvidem est sed nostratibus valde odiosum; nam præterea qvod exteri commerciorum artiumqve periti solvendo sunt, fructum omnem ex mercatura interna & externa capiendum nostratibus injuste præripiunt, ideoqve insulam facilius qvam unqvam pecunia exhauriunt, suas

vero res perditas recuperandi ſpem miſere præcidunt, qvi poſtqvam avido ſuo ingenio pro viribus ſatisfecerunt, brevi diſparent, vel ſi in inſula permanſerint, plenam rerum noſtrarum ruinam ſimul ſemelqve facient.

§. 52. Qvodſi incolæ tandem & exteri, qvod erat, tertium, rem una aggrediantur, omnium commodiſſime res ſe habebit, ſublevantes enim mutuo alii aliorum vires opificia & artes qvaslibet, ſaltem maxime neceſſarias in patriam inducere, emporia fundare, navesqve perfectiores extruere, vel pretio conducere, ideoqve mercaturam internam & externam, qva par eſt, reſtituere valent. Si itaqve hoc conſilium, præter qvod nullum amplius ſupereſt palmam mereatur, mercatores & opifices exteri in inſulam allectendi ſunt, faventibus qvidem privilegiis, ſed æqvis, patriæqve minime odioſis donati; cum his incolæ de commerciis participent, cum his patriæ omnis generis mercibus provideant, cum his deniqve res indigenas, qvibus abundant, in terras qvaslibet peregrinas exportent. Exteri ſuos & incolarum liberos in artibus & commerciis inſtituant, qvi qvam primum artis fuerint periti, opificibus & mercatoribus reliqvis juribus manentibus iisdem ſuccedant. Pecuniam cætera, his uſibus deſtinatam partim de ſuo addant, partim ſi ita res tulerit,

mutuo accipiant, fænus qvotannis soluturi, donec naves & ædificia successu temporis pretio redimant, facultate emendi solis incolis non exteris nisi in patria sedem fixuris concessa.

SCHOL. 1. Neqve exterorum in patriam invitatio, modo debitis utantur privilegiis, negotium nobis facesset: Hæc enim qvemadmodum in omni re, ita in hac, præmiorum instar, vim maximam habebunt; At vero permultum interest, utrum exteri in insulam allectendi prudentes sin & sobrii? utrum ingenui beneqve animati? utrum industrii rerumqve suarum attenti nec ne? utrum plurimarum an unius solius artis periti? utrum opibus & copiis præpolleant an non? tandem soli natalis, status socialis, ætatis, ducenda est ratio; a singulis tamen si collidant, justa fiat exceptio.

SCHOL. 2. Provocant ad qvartum patriæ in meliorem statum constituendæ remedium, mercaturam scilicet qvam exteri promiscue sed nulla societate inita, cum incolis exerceant. Sed qvid qvæso in hac nostratibus ponendum est præsidii? Numqvid hæc artes & opificia in patriam inducet & perficiet? Numqvid hæc naves & emporia in commune nostratium bonum constituet? Numqvid hæc unqvam per se efficiet, ut mercatores & opifices exteri sedem & domicilium rerum omnium in patria constituant & conjunctis cum incolis viribus de qvibusvis vitæ subsidiis insulæ provideant & mercaturam exerceant; Non neganda qvidem sunt hujusmodi mercaturæ præ cæteris commoda, ad annonam enim qvam proxime accedit, qvæ dum paulo benignior est, id solum

efficit ut merces ſolito meliores & plures, minorique pretio comparari queant; ſed in forma reip. nil mutat; unde hoc mercaturæ genus ad reſtaurandum Islandiæ ſtatum internum nil facit, ſed habendum eſt ut malum minus majori præferendum.

§. 53. Sed plurima adhuc de his aliisqve in patria ordine inſtituendis & dirigendis tenenda ſuint, qvæ tamen facilius intelligi qvam explanari poſſunt; Sed hæc rerum politicarum gnari ignorare neqveunt, qvippe qvi ſingula rerum publicarum commoda ut & incommoda digitis numerare valent, ideoqve qvid omnibus in univerſum & ſingulis conducat, qvid obſit, ex aſſe cognoſcunt Duo ſaltem cane pejus & angve vitanda caveant noſtrates; 1) ne qva fallaci novitatis ſpecie commoti, ſuisqve nimis confiſi viribus ab omnibus una incipiant; ſic enim omnia agendo nihil agitur; contra rationis eſt ut a minimis iisqve maxime neceſſariis exorſi, ad majora & utiliora indies progrediantur; res enim e minimis profectas initiis maximas ſæpe numero evaſiſſe conſtat. Caveant 2) ne falſa conſvetudinis religione decepti ad difficultates qvasvis obvias, haſtas ſtatim abjiciant adeoqve ab optimo qvovis propoſito, nulla cogente ratione deſiſtant; ſic enim nihil agendo utiliſſimum qvodvis negligitur, res vero noſtratium in miſerrimo qvo jam ſunt ſtatu ſemper manebunt.

EMENDANDA.

Pag. 14. l. 15. in colis, leg. incolis.
- 15. - 27. ut del.
- 18. - pen. epvi, leg. eqvi.
- 20. - 7. furcinarii, leg. farcinarii.
- - - 13. coficient, leg. conficient.
- 22. - 22. prævoco, leg. provoco.
- 24. - 18. Thorniodi, leg. Thormodi.
- 25. - 7. ad euntem, leg. adeuntem.
- - - 17. ad venerat, leg. advenerat.
- 27. - 1. Eyafiardarli & Asnell, leg. Eyafiardar; let Askell.
- - - 23. fiarlut, leg. fiárlut.
- 28. - 4. usdem, leg. iisdem.
- 29. - 17. acciperem, leg. accipe rem.
- 30. - 7. accivitas, leg. acclivitas.
- 32. - 3. ruins, leg. ruinis, inviumqve, leg. niviumqve.
- 35. - 14. vocat, leg. vacat.
- 44. - 9. Stirmis fon, leg. Stirmiffon.
- - - 28. Hiornftrondum, leg. Hornftrondum.
- 46. - 13. Skipftiornar madr, Skipftiornarmadr.
- - - 17. Skiptiornarmadr, Skipftiornarmadr.
- 49. - - vifibus, leg. vicibus.
- 50. - 24. iridigent, leg. indigent.
- 57. - 3. intra, leg. infra.
- 58. - - tribuenda, leg. tribuendam.
- - - 25. has, leg. hanc.
- 65. - 22. minoribus, leg. majoribus, & lin. penult. pofteriorum, leg. pofteriorem.
- 67. - Supra all. §is. leg. §is. Sect. 2. Supra all.

